Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

PRIMVS

TOMVS SVMME SANCTI
ANTONINI ARCHIEPI
SCOPI FLORENTI
NI ORDINIS
PRAEDICA
TORVM.

✣



Lugd. apud Iacobum Mareſchal
Anno a Chriſto nato. 1529

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶Vita beati Antonini Florentinorum Archiepiscopi
de fratrum Prædicatorum ordine assumpti.



NTONINVS FLORENTINA VRBE ORIVNDVS HO-
nestissimis parētibus:Nicolao patre:Thomasina matre natus est. Is multum solertia:plus memoria polluit:mitis admodū ac taciturnus:statura haud magnus:corpore neruoso magis q̄ carnuleto. In ipsa puericia religionis studiosus:mirum dictu quanrum sacris assiciebatur:orationi: contēplationi:vt per ætatem licuit intentus assiduę. Ferturq; adhuc puer ad figuram crucifixi:quę in templo sancti Michaelis in horto(sic enim locum vocant)sita est:singulis fere accessisse diebus:& genibus flexis Iesum obsecrasse precibus lachrymosis. Cum aūt puberē attigisset ætatem: animum totum ad sanctimoniam appulit.ac religionem prædicatoriam de familia diui Dominici alta mente destinabat:motus concionibus ignitis prēstantissimi viri Ioannis Dominici:quem oraculi loco & numinis vice in terris pius habuit Antoninus. Ad hunc ergo cum suscipiendi habitus causa accessisset: visus est prudentissimo viro puer facilis & indolis quidem præsignis sed ætatis tenellæ:quare iussit illum adhuc annos expectare aliquot. Et quoniam ab eo interrogatus puer cuinam scientiæ operam daret. Resp ondit se decreti lectione plurimum delectari. Vade(inquit)& cum totum decretum memoriæ mandaueris vori compos eris. Huius moniti tam pertinax seruator puer euasit:vt transacto anno Decretorum canones quoscumq; postulatus fuisset ex memoria citauerit. Quare non iam repulsus sed auidissime susceptus:sextodecimo ætatis suæ anno innocentiæ & sanctitatis habitum induit. In ea religione quibus quantisq; virtutibus effulserit:iusti voluminis indiget narratione. Nobis aūt integerrimę vitæ argumentum præstat:minime dubium q̄ toties ad honores euocatus:multis in locis prefuerit fratribus: Romæ: Neapoli: Caietæ: Cortonę: Senis: Florentiæ: Fesulis. Insuper & prouinciæ Tusciæ spiritalis præfectus:omnes Italiæ Conuentus ad pristinum sanctæ religionis reuocauit nitorem. His fungens muneribus:Frugalitate:Modestia:Tolerantia:& omnium virtutum viua exēplaria exhibuit. Si qua palea leuium culparum:vt est huius vitæ fragilitas:eius virtutum frumento se miscuisset:credium est eam multarum infirmitatum tribulis:quibus per omne æuum affectus est fuisse discussam. Quis nō videat his gradibus q̄ commode ad pontificij culmen ascenderit:quando ei omne pabulum animarum diuite messe esset aceruatum,& omnis labes quę christiane gregi posset esse nocentior fuerit absersa? Defuncto ergo domino Bartholomeo de zabarellis: discussis motibus quibus in diuersa summus pontifex per nouem menses rapiebatur: Antoninum communi ciuium voto præsulem Florentinum pronuntiat q̄ non sit inuentus similis illi qui seruaret legem excelsi. Erat tum forte vir sanctus in itinere Neapolitano:cumq; decreti honoris fama ad eum venisset:fugam meditabatur:pontificij culmen haud quaq̄ subiturus:nisi apostolicis edictis compelleretur parere. Intelligens tandem vir dei immobile dei propositum cum esset Fesulis circūfuso toto Florentiæ senatu:contestatus priorum pontificum vitas præclaras & suam indecentiā:onus honoris subijt. Impletum est deinceps in pontifice nostro quod gestum legimus in Martino. Eadem em̄ viræ frugalitas:eadē modestia morum:maior semper animarum zelus:& ita implebat episcopi dignitatem vt propositū fratris non delereret. Hic iam lanus nobis pateret campus virtutum eius:nisi dedicato libro essent descriptæ:vnum haud subticebo fuisse in sancto viro tantā in rebus arduis consiliorum grauitatem vt dominus consiliorum vulgo nominaretur. Expende lector sanctitatē viri oraculo apostolico. Memoriæ etenim proditum est Nicolaum papam talem super Antonini vita protulisse sententiam. Nō minus ego(ait)putarem Antoninum Archiepiscopum Florentinum sanctorum catalogo adscribendum adhuc viuum, q̄ Bernardinum mortuum. Erat enim ciuium patronus:pater patriæ qui omnibus prodesset neminem lęderet, omnē substantiam pauperibus erogabat,in arduissimis Florentinorum negotijs amplis legationibus strenue perfunctus. Centum aureos annuatim paschalibus solennibus distribuit in pauperes. Administrato hoc ordine tredecim annis pontificatus: cū iam septuagesimum ætatis annum esset ingressus fortissima febre corripitur: fatiscentibusq; membris interrogatus si quid peteret: fiat(ait)voluntas domini. Indę ait, Dies annorum nostrorū in ipsis septuaginta anni: quibus actis velut post Babylonicam captiuitatem ad supernam Hierusalem est remeandum. Expleto nunc opere quod diu in manibus habui: libens morior: mercedem dei clementia recepturus, seruire enim deo est regnare. Angelicum etiam responsoriū in diuæ virginis laudem frequentius iterabat. Sancta & immaculata virginitas &c. Cumq; fratres vt moris est circa moribundū Dauidicos hymnos personarent. Citato versu. Oculi mei semper ad dominū &c. Vir sanctus repetito versu, dixit. Oculi mei semper ad dominum: quoniam ipse euellet de laqueo pedes meos: piamq; Iesu crucifixi complexus imaginem: obortis lachrymis sanctam deo animam reddidit secunda Maij die: qua vigilia dominicæ Ascensionis tum euenerat cœlos cum Christo ascendens.

INCIPIT PRIMA PARS SVMMĘ sancti Antonini de Florentia: ordinis Prędicatorū: & archiepiscopi Florentini in qua agitur de anima & de per tinentibus ad ipsam.

¶Incipit proemium totius operis.



VAM MAGNIFICATA sunt opera tua dñe: omnia in sapientia fecisti: impleta est terra possessione tua. Psal. cm. Cōtemplatur propheta in excessu mentis positus diuinam maiestatem: stupefactq; ad magnitudinem bonitatis eius quam manifestat in operibus suis:& ad ipsum loquitur dicens. Quam magnificata sunt &c. q. d. mirabiliter magna demonstrata. Vbi& my sterium sanctissimæ trinitatis satis demonstratur cui⁹ suffragium semper & postulare & expectare debem⁹: vt opera bona nostra quæ sunt sua ad finem perducat. Sine eo enim summo nulla natura subsistit ait Plato. Nulla rō intelligit: nulla actio expedit: nec eo prętermisso vllum, rite fundatur exordium.

¶In primis igitur insinuat mirā potentiā: quę patri attribuitur: ibi. Quam magnificata sūt opera tua dñe.

¶Secundo eximiam sapientiam: quæ filio adscitur: alias adscribitur: ibi. Omnia in sapientia fecisti.

¶Et tertio nimiā ad nos beneuolentiam: quę spiritui sancto adscribitur: ibi. Impleta est terra possessione tua.

Quantum ad primū dicit Mardocheus loquēs ad deum de sua mira potentia quam ostēdi i creatione. Domine rex omnipotēs in ditione tua cūcta sunt posita &c. Tu em̄ fecisti cœlum & terram & quicquid cœli ambitu cōtinetur dñs omniū es, Hester. xiij. Vbi ostēditur suia potētia maxima patri attributa de nihilo cuncta faciens: non ex prēexistenti materia vt artifex. Et hoc apparet ex eor⁹ magnitudine cōtinua: ex eor⁹ multitudine discreta: ex eor⁹ valetudine variata. Nā vt dicit Eccli. j. Altitudinē cœli: latitudinem terrę: profundū abyssi quis dimensus est: q. d. nullus propter mirā magnitudinem eius. sed & arenā maris: guttas pluuię: dies sęculi q⁹ dinumerauit. q. d. nullus. Dinumerus militum eius, Iob. xxv. Valetudinem creaturarum seu earū virtutē quis potest intelligere: Deus enim & natura nihil frustra operantur: qd. s. non habeat aliquā virtutem: quinimmo species rerū sunt sicut numeri: vt quęli bet species creaturę addat vnū gradū virtutis super aliā. Nonne igitur apparet q̄ magnificata: id est magna facta & ostensa sunt opera dei vt magnificetur potētia patris. Quantū ad secundum dicitur Eccli. j. Fons sapientię verbum dei in excelsis. Et oia per ipsum facta sunt. Est enim ne & dei verbū filius dei quasi ars quędā omnipotētis patris: per quā omnia facta sunt. Omnia in sapientia fecisti. Pś. Et quia sapientis finis & ratio quam & in qua cum summa ratione & optima facta sunt ne sapiē omnia. Omnia in sapientia fecisti. Pś. Et quia sapientis filij, est ordinare ſm pōm, hinc est q⁹ omnia cū maximo ordine facta sunt: vt omnia teneāt locum suum sibi cōdecentem. Ex quo apparet pulchritudo vniuersi: & mundū diuina prouidentia regi. Omnia vtiq; in sapientia fecisti, demū ipse mūdus est velut quidam liber scriptus intus & foris: qui docet nos sapiētiam: nō solū de diuinis cognitionē. ſm illud Roma. j. Inuisibilia dei a creatura mūdi per ea quę facta sunt intellecta conspiciūtur. sed etiā docet sapiē tiā, de agendis ſm illud Iob. xij. Loquere terrę & respondebit tibi: interroga iumenta & docebunt te: & narrabūt pisces maris dū omnibus prœceptū qd⁹ posuit vt faciāt ad qd⁹ creata sunt nunq; prętereunt: se alijs cōmunicāt: terra fructificat & arbores & nil otiosum. Et multa & innumera documenta nobis tribuit ex proprietatibus suis ad bene viuendū: & sic oia i sapientia fecisti. i. ad dandū nobis sapientiā ex eis. Eccli. j. Effudit eā. s. sapientiā sup oia opera sua: & in minimis animalibus vt formicis. Vnde dicit Prouerb. xxx. Quatuor sunt minima terrę: & ipsa sunt sapientiora sapientibus. Formicę populus infimus qui prę parat in messe cibū suū. Lepusculus plębs inualida qui in petra collocat cubile suū. Regē locusta nō habet: & egredi tur vniuersa per turmas suas. Stellio manibus nititur: & moratur in domibus regū. Sapientia eorū: quę est natura lis instinctus: docet nos sapientiā. Et formica docet solicitudinē acquisitionis sapientiæ. Lepusculus cautelā ab erroribus & euasionibus cū em̄ sit ala⁹ multū timidū: & aue natoribus & canibus insequatur: in petra se tutum putat. Et sapienti⁹ę vacās: cuius metū est timor dñi: ne capiatur a venatoribus gētiū vel hęreticorū erroribus: in petra fidei collocat quietē suā & mētis inhesionē. Locusta instruit sal tū contēplationis cū turma collocationis. Ita em̄ pascitur in herbis virēti⁹ scripturarū sapiēs: vt frequēter ad modum locuste in altū se leuet meditationis & orationis: nec solus incedit: sed cū turba sapiētū sentit. Stellio innixus laborē bonę operationis. Nā si aliq̄n acuto non emineat ingenio: tamē manibus bono⁹ operū quasi reputās ad exequēdū qd sapit in domib⁹ regū. i. in cœtu sapiētū colloca tur: & sic oia in sapientia fecisti. Quātū ad tertiū apparet certe eius ad nos nimia beneuolētia: qa oia fecit deus propter hoiem ait Augu. quæ cū tāta potētia & sapiētia facta sunt. Et hoc est quod subdit. Impleta est terra possessione tua. Terra homo est: qa terrā gerit in quā reuertitur: terrā terit de terra exiit. Et ista impleuit deus possessione sua. Possidet deus cœlestia: terrestria: diuina. Et his oibus impleuit terrā hoīs: terrestria dans ad vsum. Pś. viij. Omnia subiecisti sub pedibus ei⁹ &c. Cœlestia. i. angelos ad ministeriū. Heb. j. Nōne oēs sunt administratorij spūs missi in ministeriū eor⁹ &c. Quid magis deus possidere q̄ filiū suū. Et hoiem deo impleuit q̄n verbū caro factū est. Ioan. j. Sic deus dilexit mūdū: minorē hoiem videlicet: vt filiū suum vnigenitū daret. vñ apte dicit pō. Impleta est terra possessione tua. Verum inter oia alia aialia sapientissimus. Salomon ad imitādū formicæ sapientiā inuitat dicēs. Vade ad formicā o piger: & cōsidera vias ei⁹ & disce sapientiam quę cū nō habeat ducem nec prœceptorem nec principem parat in ęstate cibū sibi. & cōgregat in messe qd comedat. Prouerb. vj. Equidē inter ęstatem: & autūnum ętatis constituus: arbitratus sum necessarium fore ex frumētis doctrinarū quę dā recolligere ad mei sustētationem: ne si cōtingeret ad hyemalē senectutē deuenire fame desicerem. Senilis enim ætas memoria & visu debilitata caligatur: & exhaustis corpus mēbris: occupationibus aliq̄n multiplicatis non valet: nec ei tēpus vacat ad reuolucēdum multitudinē librorū. Intelligēs autem in ossibus meis pigritiā insitam: ad eam excutiendā cōsideraui formicā inter animalia minimū & despectabile: sed sapientibus sapiētiorē illā esse: & ideo imirandā. Cū enim nō habeat ducem nec prœceptorē in opere suo: prouidet tamē sibi pro hyemis tēpore cū potest discurrere. Ducē fateor me nō habuisse in grāmaticalib⁹: nisi i puericia & debilē prœceptorem. Nullum habui⁹ in alia facultate excepta parte dialectice & saris interrupte: sed nec principem mihi studium imperantem ex prælatione. Auiditate tamen & suauitate tractatus veritatis: præcipue moralis sapiētiæ: ex his q̄ mihi occurrerūt legēda pauca recollegi mihi grata. Neq; em̄ formica oia inuenta cibaria colligit nec preciosiora: sed quę nouit sibi congrua. Illas igitur sublimes theorias in libramꝰ cōprehensas: magistris & sciētia perfectis dimisi. Quæ autē iudicaui apta ad materias prędicationū & audiētiā confessionum & cōsultationē in foro animarū: accepi a doctoribus pluribus in theologia vel iureperitis: nō intēdens in doctus & omnis scientiæ ignarus poemata condere: sed recollectionē facere amore fratrū, p me & mei similibus qui mecū erāt: quibus nec ingenium ad altiora: nec librorum semper copia datur. & occupationes facultatē subtrahunt ad discurrēdum per libros. Si materias tango aliquando superantes tenuitatē notitię meę: nec hoc discrepat a proprietate formicę: quę pondera gestat se grauiora virtute si bi collata ab auctore naturę. Ex congestis etiam a formica aliqua superfluūt aliqua corrūpūtur. Sic & ego non ambigo multa in hoc collectario posita ad superfluitatē: cū aliquādo impropriauerim terminos: & extorserim expositiones. nō vt puto cum falsitate: ad materiā dilarandā occurrentem. Multa etiam vel nondum emendata: vel postea vitio scriptorū alterata vel diminuta sunt. Nō parū laborat formica ad colligendum vnde viuat. Laboraui & ego satis permultos annos & interrupte propter occupationes: & si nō magni valoris: tamē tempus exigētes. Vnde aliquādo per menses & annos opus dimisi: tempus sæpe furando aliquando necessariū corporis sustentationi: ali

In creaturis ostendit bñuolētia spiritus sancto attribuitur.

In creatione de mira potentia.

Mini mater

Universidad de Deusto
Biblioteca

quando exercitationi prelaturæ:in qua diu indignus permansi:aliquādo decētię religionis,ſ.orationis & meditationis.Adeo autē eſt formica debile animal vt nō ſolum magna ſed &minima:vt mirmycoleon:ſint ei infeſtavſq; ad interitionē.Poterunt hic notatis aliquādo nedū multum literati:ſed quātumcūq; ſcioli opponere & ipſa necare.Ego autē in flagella paratus ſum:nec faciē meā ab increpantibus auerto.Dicitur etiā formica prēputia bladis cōgregatis auferre ne germinent:indeq; fruſtretur ſpe ſui laboris.Ne quod igitur elationis germē exurgeret infra ſcrutiniū cordis mei niſus ſum fere per omnia nuncupare doctores talia:quæ notanē referentes:& parū vel nihil de meo apponere:niſi cauſa breuitatis truncare.Viderint ergo qui illorum dicta cōdēnatione digna arbitranē:ſi tāte auctoritatis vel ſcientię ſint vt illis poſſint obſiſtere.Nō igit plus minusve vituperationis vel laudis,mihi debet adſcribi q̄ collectoribus lectionū vel ſcriptorib⁹ librorū ab aliis editorū.vnde nec nomē meū apponere volui:nec titulum operi:niſi in cōtemptum tamq; viliſſimā formicā deſpectū animal fabulādo alicui nominare placuerit. Formicas quoq; moleſtas eſſe aluearibus apum ſatis apparet:quę cum ad ſui victū dulcedine mellis attracte hoc agunt iſtigante natura nō vt nocent:excuſatę ſunt.Ita & excerptores ſententiarum ex variis libris graues illis eſſe ſolēt quibus excellens ingenīū & plurimū otiū prēſtat,doctrinas copioſas & melliſluas in originalibus perſcrutari.Sed cū ipſi intēdant ſuę & aliorū inopię prouidere:non videnē culpādi:cū etiam detrimēta non illis inferant:ſed magis gloriam augeāt hebetioribus: proponēdo interlocutiones cōmunes:quę in ſuis fluctis forte nūq̄ viderunt. Aliqualem vero ordinē:&ſi non multū ſerioſum:ignar⁹ ordinis poſui pro faciliori inuētione materiarū.Nam diſtinctū in quatuor partes principales feci de vitiis & virtutibus recitare intendendo:& quālibet partē in titulos: & titulos in capitula & capitula in paragraphos diſtinguendo.Et in prima parte quædā generalia videlicet de aīa & de potentijs eius quę ſubiecta eorum habenē.De paſſionibus tāq; principijs eorū. De peccatis ī genere & effectibus eorū.De multiplicibus legibus quibus vitia prohibētur & virtutes præcipiunē.In ſecūa parte de vitijs in ſpecie videlicet de octo capitalibus &eorum filiabus &ſpeciebus. De reſtitutione.De iuramēto &periurijs.De votis & tranſgreſſionibus eorū.De infidelitate & ſpeciebus earū & ſuperſtitionib⁹. Ad ſingula vitia ſingulas prędicatiōes ponendo:& poſtea quę pertinēt ad caſus conſcientię vel declarationem materiæ.Et pro themate ſumitur verſus Pē.

Quia magis in prōptu occurrit: & magis eccleſiæ in vſu: & compendioſior in doctrina ad omnē materiam.In tertia parte de ſtatibus variis tam laicorū q̄ clericorū.De eccleſijs & ſacramētis ſingulis:& de cenſuris eccleſiaſticis: & ſtatibus purgādorū & beatorū.In quarta parte de virtute in genere & ſpecie.De virtutibus .ſ. cardinalibus & theologicis in ſpecie:& de earū partibus ſeu eis annexis. Et ſi tēpus erit:aget de ſeptem donis &gratia:Reſtaret de articulis ſi vita communicet:quę non minor cęteris erit. Qui inde aliquid vtilitatis hauſerit:pro me oret ad dominum noſtrum Ieſum chriſtum.Quę autem inducunē teſtimonia ad pbationem dictorū vltra auctoritates diuinarū ſcripturarū & ſacrorū canonū:quæ frequenter apponunē & ſentētias,pprias antiquorū doctorū eccleſię Augu.Hiero.Grego.Ambro.Chryſ.Baſil'.Iſid'.Bernar. Anſel'.&c. Aliquando gētilium.Platonis.Ariſto. Tullij & Senecę. Adnciunē determinationes & dicta multorū modernorū in theologia vel iure peritiſſimorū:quorum hęc ſūt nomina.In theologia ſanctus Tho. quē omnibus præpono in ſuis dictis.Alb.magnus:Petrus de paſ.Per.de Tharantaſia qui fuit Innocen.Quitus.Durā.Hugo cardinal'.Guil'. Specula.in ſumma vitiorū & virtutum.do.Io.Dominici cardinalis de Florentia.Rayne.in ſumma Piſana.Vincē. in Specul'.hiſto.ordinis Prędicatorum omnes iſti prenominati.Bonauentura cardinalis,Richar. de media villa. Alexander de Hales.Ioannes Scotus.Nicolaus de Lyra. ordinis minorum.Auguſtinus de Roma in quodlibetis. Auguſtinus de Anchona de poteſtate eccleſię . Grego.de Arimino.ordinis eremitarum.In iure in glo.decreti.Hugo.Bartholomeus Brixieñ.Bernar.in gloſ.decretalium. Ray.ordinis Prędicatorū in ſumma ſua antiqua.Innocē. quart⁹.Hoſti.in apparatu & ſumma.Guil'.in ſpeculo. Archid'.in roſario.Ioan.And.in nouella. et gloſ.ſexti et Clementi.Ioānes de Lignano. Ioānes Calderini. Io.de Imo. omnium nouiſſimus doctor.Petrus de Anch.Laurentius de Ridolfis in tractatu de vſuris. Franciſcus de Zabarellis.Nicolaus abbas de Sicilia.Antonius de Burrio.Petr⁹ ordinis minorum in directorio iuris, Lapus de Caſtelli. Federicus de Senis in conſilijs. Bartol.Bald.De hiſtorijs exempla ponuntur Grego.in dialogo. Vincēt.in Speculo. Martinus in chronicis. Valerius maximus. Paulus Oroſius. De vita patrum. De vita fratrum.De ſeptem donis. Allegantur et multi alij ſapientes:ſed quia non ita frequēter ipſos non curaui nominare.

¶Finis Prologi.

TABVLA TITVLORVM

INCIPIT TABVLA GENERALIS huius primę partis ſummę Antonini q̄ habet titulos viginti: quorū qlibet habet multa capitula:quę capitula habent plures.§.

TITVLVS.I. DE ANIMA IN communi.
De aīæ ſimilitudine ad deū.ca.ſ.fo.iiij.
De mira nobilitate animę.ca.ij.fo,v.
De beneficijs animę collatis quo ad ſcīctias:artes & virtutes.ca.iij.fo.viij.
De quidditate aīæ & proprietatibus eius.ca.iiij.fo.ix.
De immortalitate animæ.ca.v.fo.x.
De vnione animæ ad corp⁹: & de multiplici acceptione huius vocabuli.ca.vj.fo.xj.
De quidditate hois & eius excellentia.ca.vij.fo.xij.

TITVLVS. II. DE POTENTIIS animæ.
De potentijs animæ in cōmuni.ca.ſ.fo.xiij.
De potentia vegetatiua & ſenſitiua.ca.ij.fo.xiij.
De ſingulis quinq; ſenſibus exterioribus &quomodo eis homo abutitur.ca.iij.fo.xv.
De locutione &multiplici vitio eius.ca.iiij.fo.xvj.
De ſenſibus interioribus.ca.v.fo.xvij.
De phantaſia ſeu imaginatiua.ca. vj.fo.xviij.
De cōnjs q̄ advarias cauſas &modos eorū.ca.vij.ſ.xviij.
De æſtimatiua & cogitationibus.ca,viij.fo.xx.
De memoria&vtili eius exercitio,ca.ix.fo.xxj.

TITVLVS.III. DE POTENTIA intellectiua.
De intellectu poſſibili & agente.ca.ſ.fo.xxj.
De multiplici oculo varie exercendo.ca,ij.fo.xxij.
De tribus requiſitis ad bene videndū corporaliter & ſpiritualiter. ca,iij.fo.xxiij.
De his q̄ impediūt viſum aīæ vel auferunt.ca.iiij.fo. xxiiij.
De illūinatiōe ſeu recuperatiōe viſ⁹ ſpūalis.ca.v.fo.xxiij.
De oculo dextero interiori:& de exercitio itellectus ſpeculatiui:& ibi de multis ſpeculis advidendum:& de enigmatibus figurarū ſcripturæ.ca.vj.fo.xxv.
De oculo ſiniſtro.i.exercitio itellectus practici ſeptē modis exercendi.ca.vij.fo.xxxj.
De ratione ſuperiori & inferiori & ex quibus cauſis cōtingit rationem ligari.ca.viij.fo.xxxiij.
De ſyntereſi.ca.ix.fol'..xxxiij.
De conſcientia.ca.x.fo.xxxiiij.
De actu intellectus quō videlicet aīa cognoſcit corporalia:ſpiritualia:angelos vel deū.ca.xj.fo.xxxvij.

TITVLVS.IIII.DE VOLVNTATE
De cōparatione volūtatis ad itellectum.ca.ſ.fo.xlj.
De libero arbitrio.ca.ij.fo.xlj.
De volūtario &inuolūtario.ca.iij.fo.xlv.
De actib⁹ voluntatis ab ipa immediate elicitis. Et de ipo velle quod eſt primus eius actus.ca.iiij.fo.xlvj.
De ſcdo actu voluntatis qui dicitur frui.ca.v.fo.xlvij.
De intētione quę eſt tertius act⁹ volūtatis,ca.vj.fo.xlviij.
De electione quarto actu voluntatis.ca.vij.fo.xlix.
De conſilio quod præcedit electionē.ca.viij.fo l.
De conſenſu actu voluntatis,ca.ix,fo.lj.
De imperio volūtatis.ca.x,fo.lij.
De vſu octauo actu volūtatis.ca.xj.fo.liij.
De bonitate & malitia humanorū actuum.ca.xij.fo. liiij.
De exercitio volūtatis&quō cor ſit exercēdū.c,xiij.fo.lvj
De volūtate & opere exteriori quō ſe habēt adinuicem ī merito vel demerito:ca.xiiij.fo.lvij.
Quō a volūtate bona nō pūt ꝓcedere mala.ca.xv.fo.lx.
De ſenſualitate,i,appetitu ſenſitiuo.ca.xvj.fo.lxj.

TITVLVS.V. DE SEPARATIONE animæ a corpore & retributione : & exercitio animæ ſeparate.
De triplici morte& nūtijs & miſerijs mortis &multis alijs circa mortem,ca.ſ.fo.lxij.
De trib⁹ nouiſſimis mortis:quātū ad animæ ſeparationē

TITVLVS.VI. DE CAVSIS PECcatorum & animæ paſſionis.
De triplici cauſa peccati:ſcilicet ignorantia:fragilitate & malitia.ca,j.fo.lxxv.
De prima paſſione amoris:& multiplici amore atq; effectibus eius,ca.ij.fo.lxxvj.
De ſecunda paſſione quæ dicitur odium.ca.iij.fo.lxxxj.
De tertia & quarta paſſionibus quæ dicunē deſiderium & abominatio.ca.iij.fo.lxxxij.
De quīta paſſiōe q̄ dr̄ delectatio vl' gaudiū.ca.v.fo.lxxxij.
De ſexta paſſiōe quæ dr̄ dolor vl' triſtitia.ca.vj.fo.lxxxiij
De ſeptima paſſione quæ dr̄ ſpes.ca.vij.fo.lxxxiij.
De octaua paſſione q̄ dicitur deſperatio . cavij.fo.lxxxv.
De nona paſſiōe q̄ dicitur audacia.ca.ix.fo.lxxxv.
De decima paſſiōe q̄ dicitur timor.ca.x.fo.lxxxvj.
De finali paſſione quæ dicitur ira,ca.xj.fo.lxxxvij.
De cauſa exteriori peccati.ca.xij,fo.lxxxvij.
De tentatione multiplici:videlicet mundi carnis & diaboli.ca.xiij.fo.lxxxviij.

TITVLVS.VII.DE PECCATO IN communi.
De multiplici diffinitiōe peccati.ca,j.fo.xcj.
De varia diuiſione peccatorum.ca.ij.fo.xcij.
De.xxiij.nocumentis peccati mortalis,caꝑ.iij.fo.xciiij.

TITVLVS.VIII. DE PECCATO originali,
De cauſa peccati originalis & eius pœna.ca.j.fo.xcvj.
Vtrū btā virgo fuit cōcepta ī pctō originali.ca.ij.fo.xcvo
De conceptione beate Mariæ virginis per modum ſermonis.ca.iij.fo.xcvij.

TITVLVS.IX.DE PECCATO ACtuali mortali.
Penes quid attendit gratuitas varia in peccato mortali: & de.xvj.regulis per quas poteſt cognoſci quando aliqd eſt mortale.caꝑ.j.fo.xcviij.
De nocumēto pcti mortalis in pūti vita.ca.ij.fo.c.
Quomodo puniunē dānati in alia vita & de pœnis dānatorum & cognitione eorum,ca.iij.fo.c.

TITVLVS.X. DE PECCATO VEniali.
Quid dica veniale p̄ctm.Et de nocumētis eius.ca.ſ. fo.cj.
De purgatorio & ſuffragijs mortuorū.ca.ij.fo.cij.
De indulgentijs.ca.iij.fo.ciiij.

TITVLVS. XI. DE LEGE IN cōmuni.
De ſeptemplici lege ordinata ad charitatem.ca.ſ. fol'.cv.
De actib⁹ & ꝓprietatibus&vtilitatibus legis.ca.ij.fo.cvij

TITVLVS .XII. DE LEGE ETER.
Quod oia ſubijciuntur legi æternæ.& quō debemus conformari volūtati diuinæ.ca.vnicum.fo.cix.

TITVLVS.XIII.DE LEGE NATVrali.
Quid ſit lex naturalis : & quomodo inſtigat ad bonum multiplex.ca.ſ.fo.cxj.
De multiplici bono qd docet lex naturalis.ca.ij.fo.cxij.

TITVLVS.XIIII.DE LEGE MOſaica.
De lege diuina ī cōi & ei⁹ excellētia reſpectu aliarū.caꝑ.j. ſo.cxv

Universidad de Deusto
Biblioteca

TABVLA TITVLORVM PRIMAE PARTIS.

De condiuionib⁹ legis illius quantum ad latorem & receptorem.ca.ij.fo.cxvj.
De præceptis moralibus ipsius legis in communi & superadditis.ca.iij.fo.cxvij.
Da decalogo & singulis præceptis eius in particulari.ca.iiij.fo.cxviij.
De præceptis cerimonialibus sub quadruplici differentia ca.v.fo.cxxiiij.
De præceptis iudicialibus.ca.vj.fo.cxxvij.

TITVLVS.XV. DE LEGE EVANgelica.
De cõuenientia temporis.De comparationeq& excellẽtia eius ad ueterem.De gratia:sacramentis:præceptis&consilijs & de duratione eius.ca.vnicum.fo.cxxx.

TITVLVS. XVI.DE LEGE QVAE dicitur consuetudo.
De quidditate cõsuetudinis.Et quõ faciat aut tollat legẽ &de differẽtia triplicis cõsuetudinis.ca.vnicũ.f.cxxxij.

TITVLVS. XVII. DE LEGE CAnonica.
De præceptis ecclesiæ.de rescriptis.de decretis, de decretalib⁹ eplis.& de auctoritate doctorũ.ca.vnicũ.fo.cxxxvj.

TITVLVS. XVIII. DE LEGE CIuili.
Quo tempore ius ciuile conditum sit.Et quando & quantum liget.de legũ diuersitate & eius affectu.ca.vnicum folio.cxlj.

TITVLVS . XIX. DE PRIVILEgijs in cõmuni.
Priuilegia p quem concedi possunt:per quem impetrari: & quomodo &quãdo tolluntur.ca.j.fo.cxlij.
De priuilegijs ordinis prædicatorũ.ca.ij.fo.cxlij.

TITVLVS . XX . DE REGVLIS iuris.Et habet vnicũ capitulum cum singulis regulis iuris quę sunt in decretalibus & in libro sexto.

Finitur tabula.

INCIPIT PRIMA PARS SVMmę maioris domini Antonini archiepiscopi Florẽtini.In qua parte ponuntur viginti tituli.

TITVLVS PRIMVS. DE ANIma in communi.

¶De ipsius animæ similitudine ad deum. CA.I.

VENITE AVDITE ET narrabo oẽs q timetis deũ : quanta fecit aiæ meæ. Pſ. lxv . Inuitat Pſ.non oẽs:sed timẽtes deum ad cõsiderãdũ magnificam nobilitatẽ aiæ rõnalis:& q̃ innumera bona & magna cõtulit ei altissimus. Qui em̃ nõ timent deũ non curãt talia cognoscere:sed solũ corporalia & mũdana.Cõsiderãs aũt istã nobilitatem aiæ deuotus Bern.in lib.medi.O aia(inquit)insignita dei imagine:decorata similitudine:redempta christi sanguine:despõsata fide:dotata spũ:deputata cũ ãgelis:capax beatitudinis:heres bonitatis:particeps rationis:quid tibi cum carne.q.d. quõ solũ vacas corpori,puidẽs sibi nõ tibi:subijciẽs te sibi cũ sis ita nobilis& magnifica:& ipa ita vilis & fetida.Eius pulchritudinẽ & exaltationẽ cõgrue figurauit Hester:quę pulcherrima naturaliter ornata per tẽpora multipliciter: peruenit tãdẽ ad matrimoniũ consummationẽ fœliciter cũ Asuero cũ ipso summo monarcha cõregnãs:Vasthi etiam pulcherrima regno priuata:qa mandatis eius obedire contẽpsit,vt patet in lib.Hester.ij.c. Interpretat Hester humilis vel electa in re:& signat aiam q̃ a deo eligit:& p humilitatẽ ei⁹ electio intimat.Hæc pulcherrima est in sui essentia:sed pulchrior adhuc reddit & amabilior ex ornatu ỹtu eũ.Peruenit autẽ ad cõsummatũ matrimoniũ cũ Asuero q interpretat beatitudo:signãs dñm Iesum christũ: cũ perfecte ei vniturꝰ gloria supna:regnãs cũ eo in ęternũ: vbi ipse quif omnimodã sui pfectionẽ.Vasthi aũt signat quãlibet aiam &si pulchrã in sui natura:sed tñ qa dei mãdatis obedire ꝓtẽnit reprobat:& regno isœlicissima priuat . Ad hoc aũt opprobriũ venit:qa vt ingrata & supba:dignitatẽ suã & a quo habuit nõ intelligit:sequẽs instigationem carnis. Qd̃ innuit Salomon Can.j.di.Si te ignoras o pulcherrima inter mulieres:egredere & abi post vestigia gregũ.i. si pro qa te nõ cognoscis:& dignitatem & cõditionẽ tuã nõ attẽdis pulcherrima mulierum.i.creaturarũ:hoc tibi sequitur. Egredere.i.egredieris de domo paterna:vt prodigus filius in regionem longinquã de domo ꝓprie conscientię:abi.i. abibis post opera carnalia q̃ sunt signa gregũ.i.brutorum aialiũ.Hõ em̃ cũ in honore esset nõ intellexit:cõparatus est iumẽtis insipiẽtibus &c.Hoc aũt nõ agit qui nobilitatẽ & aię cõditionẽ attẽdit.Vñ Hugo de arrha aię ipsi loquẽs ait. O si teipsam videres:si pulchritudinẽ tuã attenderes: nunq̃ aliam creaturam q̃ teipsam magis amares.Venite ergo & audite quanta fecit deus aiæ rõnali.Nã &si quantum ad corpus etiã fecit multa & magna.Fecit aiæ magna quantũ ad naturalia quę formauit:fecit aię maiora quãtũ ad virtualia quibus decorauit:fecit aię maxima quantũ ad supernalia q̃ ei præparauit.Vñ si de ea quęrat illud qd̃ christus dixit Mat.xxij.Cuius est imago hæc . Nam & dicit Pſ. In imagine pertransit homo.Respondeti potest.

¶Est imago aia increatę deitatis:quãtũ ad naturalia.

¶Est imago aia incarnatę veritatis:quantũ ad virtualia.

¶Est imago anima glorificata intellectualitatis: quãtum ad supernalia.

Tropologia Hester.

Aia est imago increatę deitatis

§.I. QVANTVM AD PRIMVM

Anima dr̃ imago dei.Et ꝓpterea Genẽ.j.Faciamus hoĩem dixit deꝰ:ad imaginẽ & similitudinẽ nostrã.Et p hęresi ponit.Augustinꝰ.xxtij.q.iij.c.penul.dicere aiam nostrã nõ esse imaginẽ dei.Et Augu.in lib.de trini.dicit. Licet aia nra non sit eius naturę cuius est deus:ibi tñ imago eius quęrẽda est quo nihil est melius.Hęc ergo aia non est similitudo oĩmodę idẽtitatis cuiusmodi est filius.Vnde Amb.tractãs illud.Deus quis erit similis tibi:dicit.Non vtiq; nullus: quia imago patris est filius.de pœn.dist.j.si sacerdos.Sed est imago repręsentationis habens plures similitudines proportionis ad ipm deum. Nã vt dr̃ extra de sum.tri.& fi de catho.c. dã namus.Inter creatorẽ & creaturã nõ põt tãta similitudo notari:quin inter eos maior dissimilitudo sit notanda.Nouẽ ergo similitudines ſm ꝓportionem inter deũ & animam sũt simi quantũ ad sua naturalia possunt notari. Et prima est: qua deus vnus est in essentia.Deut.vj.Deus tuꝰ vnus est:& aia nostra vna est in essentia.Licet em̃ corpus nostrũ a principio conceptionis habeat primo aiam vegetatiuã & postea aiam sensitiuã.Et in plantis alia sit aia vegetatiua qua crescunt & fructificant:alia in bruris aialibus qua sentiunt & vegetantur:in hoĩe tñ cum infundit aia ipsa aia rationalis essentialiter vna est:habẽs pfectionẽ oĩs aiæ.i.non solũ intelligendi potẽtiã:sed etiã sentiẽdi & vegetãdi.Sed a similitudo:deus trinus est in persona.iuxta illud.j.Ioan.v .Tres sunt qui testimoniũ dãt in cœlo:pater, verbũ,& spũssanctus.Et aia est trina in potẽtia.s.memoria , intelligentia & volũtate.In hoc tamen dissimilitudo:qa tres psonę diuinę sunt deus:sed potẽtię aię nõ sunt essentia aię: sed vires eius ab ea fluentes. Tertia deus est simplex oĩno:ita q̃ nulla cõpositio in eo reperitur:& neq; ex materia & forma: neq; ex subiecto & accidente:nec ex esse & essentia. Et aia nra simplex est quantũ ad hoc:qa nõ est cõposita ex materia &forma:put est hõ ex corpore & aia:& alia corporalia. Quarta deus est immortalis.j.Timo.j.Regi sęculorꝰ imortali &c. Et aia est immortalis:iuxta illud Sap.iij.Iustorum animæ in manu dei sunt &c.Visi sunt oculis insipientium mori: illi aũt sunt in pace.Considerata em̃ aia ſm substantiã suã: vt dicit Vincẽ.in Specu.histo.incorruptibilis est: quia nõ est ex cõtrarijs eius substãtia:nec aliquid sue naturę contriũ habet a quo possit corrũpi . Similiter ꝓsiderata quantũ ad formã quæ est potẽtia intelligẽdi:quia intellectꝰ est capax oĩm formarũ intelligibiliũ quæ p se sunt icorruptibiles.Similiter cõsiderata ad finẽ suum:qua data est ei virtus specularia & motiua p quã se põt ordinare ad summũ bonũ:ſm hoc manet volũtate primi icorruptibilis & magnitudine pœne vel premij.Ex creatione habet vt actione alterius nõ possit corrũpi:nisi ex actione dei.Ex relatione ꝓ ad finẽ habet q̃ velit deꝰ eã nõ corrũpi.Hęc ille.De imortalitate tñ aię plenius.j.eo.ti.c.v.,habit.Quinta similitudo deus inuisibilis est.Ioã.j.deum nemo vidit vnq̃. Est enim spũs.Io.iiij.deus spũs est,& sensus corporalis non est apprehensiuus rei spũalis sed corporalis.Qd̃ autem dixit Iacob Genẽ.xxxij.Vidi deum facie ad faciem.intelligendũ est ſm magistrũ in.ij.sen.quia vidit aliquẽ angelũ in specie corporali apparentẽ:deũ repsentantẽ:ita & aia inuisibilis ẽ:qa spiritus est.Vñ christus in cruce ait Luce.xxiij. In manus tuas dñe cõmẽdo spm̃ meũ.i.aiam:Vnde oculis corporeis videri nõ põt.Qd̃ aũt dicit Grego.in.ij.dialo.beatũ Benedictũ vidisse animã sororis suę:scilicet Scholasticę in modũ colũbę in cœlũ ascendere:nõ est intelligendũ animã esse talis formę:vel cuiuscunq; corporalis:sed ad ostendendũ puritatem illius apparuit illis tale aial ex aere formatum.Sexta deus est vbi:ꝓ.Hiere.xxiij.Cœlum & terrã:ait:ego impleo. Totus est in toto vniuerso nõ conclusus:& totus in qualibet parte eius : qa indiuisibilis est:&vbiq; influit & opatur virtus eius:&si non vbiq; manifestet gloriã eius vt in cœlis.Et aia nostra est tota in toto corpore:& tota in omni parte eius.Nõ em̃ viuit corpus nisi aia præsente:inqt Augu.de pœn.dist.j.porro illi.§.resuscitatus:Ita etiã nõ viuit nec sentit aliqua pars corporis nisi p aiam : & qa aia nõ est quãta dimẽsiue:ideo vbi est:ibi tota est.Vnde cũ ledit aliqua pars minima ẽt sentit quis dolorẽ:quia ibi est aia quę viuificat illã partẽ.Septima deus est vnum principiũ vniuersi seu mũdi a quo omnia processerũt. Apoc.j .Ego sum alpha & o:principiũ & finis.& homo est vnũ principiũ mũdi minoris.i.totius generis humani:qd̃ ꝓcessit ex eo quantũ ad corpulentã substantiã. Adam em̃ primo solus formatus est:& de eo Eua:& ex illis alij. Hæc similitudo imaginis ponit ab Aug.xxxij.q.v.hęc imago.Sed quia hic agitur de anima nõ de toto hoĩe:ideo ista similitudo Augu.dimitti potest:& ponatur alia.s. q̃ deꝰ est impassibilis . Malach.iij.Ego deus & non mutor.& anima nõ quidẽ immutabilis oĩno:sed per alterationem seu lesionem naturaliter. Nam q̃ aia dãnati patiatur in inferno vel purgatorio ab igne:hoc agit ignis non naturaliter:sed vt instrumentũ diuinę iustitiæ acerbissime cruciãs.Octauo deus est in se gaudiosus:& anima est naturaliter gaudiosa:quia est apta naturaliter participare eiꝰ beatitudinẽ.Vñ dicit btus Thom. q̃ homo non potest diu stare in tristitia quin conuertat se

Quõ deus videt ab homie.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ad alicet gaudiū & delectationē:& ideo si non se exercet in gaudijs & delectatione spūaliū immergit se delectationib⁹ mundi. Nono deus est intelligibilis & actu intelligit infinita:& est volibilis oīs boni:& anima nostra est intellectua & in potētia ad intelligendum infinita:& volens naturaliter bonū & intimitū bonū. Magna vtiq; sunt ista quæ fecit deus animæ:& ideo recolenda.& tam pulchra imago conseruanda non minus q̄ pictura dei.

Aīa est imago incarnatę veritatis.

§.II. QVANTVM AD SECVNdū. Aīa est imago incarnatæ veritatis mediātib⁹ virtutib⁹ quæ si naturæ sunt: nō a se habet: sed infusa a deo. Vñ aīa rationalis est adhuc pulchrior: qa potior est gratiā, pcedūt virtutes q̄ natura fm Ambro. de cōse. dist. .ij. reuera. Et fm hoc est aīa imago veritatis incarnatæ. i. christi. iuxta illud Rom. viij. Quos presciuit hos & prædestinauit conformes fieri imaginis filij sui. &. j. Cor. xv. Portemus imaginē cœlestis scilicet christi: qd̄ fit imitando virtutes eius: & habēdo spūaliter nouē similitudines prædictas fm ꝓportionē inter deū & animā. Primo videlicet sicut aīa est vna: ita & tu sis totus vnū cū deo vnitus: & per conformitatē voluntatis. j. Cor. vj. Qui adhæret deo vnus spūs est cū eo. f. concordando se cū voluntate sua: vt christus qui dixit. Nō mea voluntas sed tua fiat. Matth. xxvj. Sc̄do sicut aīa est trina in potentia: & tu sis trinus in dilectione. f. dei tui & proximi. fm illud. Diliges dñm deū tuū ex toto corde tuo &c. & ꝓximū tuū sicut teipsum. Luc. x. Quod fecit christus Apoca. .j. Dilexit nos &c. Tertio aīa est simplex: & tu sis simplex nō duplex habens in oībus rectā intentionē: qa si oculus tuus fuerit simplex: totū corpus tuū lucidum erit. Luc. xj. Petrus in prima canō. c. ij. de christo ait. Nec inuent⁹ est dolus in ore eius. Quarto aia est immortalis: & tu caueas tibi ꝓa peccatis: quia vt dicitur Ezechiel. xviij. Anima quæ peccauerit ipsa morietur: nō quantum ad substantiā: sed quantum ad gratiā qua priuatur per mortale: & p venialia dispōnit ad mortale. j. Pet. ij. de christo dī. Peccatū non fecit. Quinto anima est inuisibilis & spiritualis: & tu occultes opera tua bona ne videātur: vt vites superbiā & inanem gloriā. Matt. vj. Attendite ne faciatis iustitiā vestram coram hominib⁹. Sint ipsa opera spūalia separata a vita carnali sensuali: quia spiritus carnē & ossa non habet. Luc. xxiiij. Sic christus mundato leproso ꝓcepit vt nemini diceret. Mat. viij. Sexto anima est in toto corpore vbiq;: & tu sis circunspectus quo ad oēs potentias interiores & exteriores: ne ex aliqua parte diabolus valeat intrare: nec per visum: nec per auditum: nec per cor & huiusmodi. Abacuch. ij. Super custodiam meā stabo. Septimo anima est impassibilis: & tu non mouearis tribulationibus & angustijs oblitus iniuriarum omnium. Leuit. xix. Nec memor eris iniuriæ ciuium tuor. Exēplo christi qui semper siluit & patiēs fuit. Est oct̄auo aia gaudiosa: & tu gaudeas semper non in mūdo: sed in deo & bonis operibus. Semper peccator de peccatis doleat: & de dolore gaudeat. dicit Augu. de perni. dist. .ij. si apostolus. Ad Phil. iiij. Gaudete in domino semper. Nono anima est intelligibilis veritatis & volibilis bonitatis: & tu ergo vaces veritati per lectionem & auditionem diuinorum: & verum bonū non falsum & apparens appetas. Nam fm Grego. Qui ea quæ dei sunt sciunt: a domino sciuntur. & qui ea quæ dei sunt nesciunt: a dño nesciuntur. dist. xxxviij. qui ea. Semper christus mēte gaudebat: & veritatē speculabatur. Quia eriā in baptismo anima per fidē efficitur sponsa christi: ipse christus confert ei nouem ornamenta virtuum quæ ipse habuit. Et hæc notātur in auctoritate Ezechiel. xvj. vbi sic dicit spōsus. Laui te aqua & mundaui sanguinem tuum ex te: vnxi te oleo: vestiui te discoloribus: calciaui te hiacyntho: cinxi te bisso: indui te subtilibus: ornaui te ornamēto: dedi armillas in manibus tuis & torquem circa collum tuū: dedi inaurē super os tuū: circulos aureos in auribus tuis: & coronam decoris in capite tuo: ornata es auro & argento. hæc ibi. ¶ Vbi considerandū q̄ anima lota est aqua baptismi: & sic mundata a sanguine peccatorum. Vncta oleo chrismatis: & tunc anima intus ornatur auro gratiæ: & corpus argento claræ famæ: tūc primo induit eā subtilibus. i. camisia subtili fidei: quia transcendunt rationem ea quæ sunt fidei. Secundo induit eam vestitu deaurato charitatis. Tertio chlamyde discolor ibus: id est diuersorum colorū. i. iustitiā quæ dicitur omnis virtus: & sic varia. Quarto cingit cingulo bissino casti-

Nouē modis portat imago Christi spūal'r.

aīa ī baptismo recipit a Christo nouē ornamēta tutū q̄ ipse habuit.

tatis & abstinentię quæ pertinent ad rēpērātiam. Quinto calciat hyacintho colore ceruleo: scilicet simili cœlo. i. spē eternor. & desiderio cœlestiū. Sexto ornat armilla i brachijs fortitudinis & exercitio bonorum operum. Septimo ornatur torque aureo circa collum. f. prudētiæ. Octauo appenduntur in aures in auribus: humilitatis quidem & obedētię in aduersis: & rēperantię in prosperis. Tandem nono coronatur corona decoris in capite. f. perseuerantiæ. Namvt dicit Bernar. Sola perseuerātia coronabitur. His omnibus ornamentis fuit christus ornatus. Nam quātum ad fidem habuit eā non sicut nos: quia clare deū videbat: sed quantū ad id qd̄ est perfectionis in ea. f. assentiendo omni veritati diuinitus reuelate. Spem vero quātū ad glorificationem corporis futurā. vt ergo portetis imaginem cœlestis: induimini dñm Iesum christum. Roma. xiij.

§.III. QVANTVM AD TERTIVM scilicet supernalia quæ animæ ꝓparata sunt: est imago glorificate intellectualitatis. i. angelor. sanctor. f. Corinth. ij. Oculus non vidit: nec auris audiuit: nec in cor hoīs ascendit: quæ ꝓparauit deus diligentibus se. scilicet bona gloriq̄ quæ angeli possident in patria: ad quam homines ascendētes æquales sunt angelis dei. ait christus Mat. xxij. Nouem autem sunt ordines ipsorum angelorum inquit Grego. de pœni. dist. .ij. c. principium. Angeli, archangeli, potestates virtutes, principatus, dominationes, throni, cherubin & seraphin. Homines autē non facient ordinem decimum de per se in gloria: sed assumūtur animæ sanctor. ad diuersos ordines angelor. fm differentiā meritorum. Et q̄uis quilibet ordo possideat aliquod donum excellenter vnde denominatur: vt dicit magister in .ij. sen. dist. ix. nihil tamen singulariter. Participat ergo quelibet anima beata cū omnibus ordinibus aliquid. Nam seraphica est per amoris ardorem. Interpretatur enim seraphin incendens. & Esa. xxxvj. c. dicit. Dixit dominus cuius ignis est in Sion: & caminus eius in Hierusalē &c. Est aīa cherubica p cognitionis plenitudinem. Interpretatur em̄ cherubin plenitudo scientiæ. ad Hebr. viij. Omnes scient me dicit dñs a maiori vsq; ad minorem. Grego. iij. moral. Quid est qd̄ nesciant qui scitē omnia sciūt. Est thronica per premij quietā & securā rēmunerationem. Thronus dicitur sedes nobilis in qua quiescitur & firmus quis manet. Ioan. xvj. Gaudiū vestrū. f. supernæ gloriæ: nemo tollet a vobis. Io. x. Ego vitā æternā do eis. f. oībus meis: & non peribunt in æternū. Est dominatiua per summā puritatem. Matus dominium esse nō potest q̄ esse liber a vitijs & passionibus & miserijs corporis: quod non fit nisi in gloria. Rom. viij. Ipsa creatura liberabitur a seruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum dei. In multis hic offendimus oēs. sed ibi sine macula sunt ante thronum dei. Apo. xiij. Principatum habet aīa summæ dignitatis: nā omnes reges & principes mūdi sunt. j. Regū. ij. vt sedeat cū principibus & solio gloriæ teneat. Fecisti nos deo nostro regnū. i. reges: cantāt sancti: vt dī in Apoca. v. Virtutē habet in se summæ vigorositatis: & quo ad aīam in omni virtute firmatā: mutata tū fide in visionē & ꝓpossessionē. Et quo ad corpus factū in resurrectione finali immortale & impassibile. Pō. Fulminis impetus letificat ciuitatē dei. Impetus fluminis signat pfectionē virtutum: qa ad vsum nō præsentis vitæ: sed pfectissime erūt in aīabus. Apo. viij. Nō esuriēt neq; sitient amplius &c. Facientes et miracula plurima post morte sancti: inter potestates reperitur per repressionē dęmonū. Nā sicut angeli sancti refrenant malitiā dęmonū: ne tantū noceant quantū vellent & præcipue potestates: ita & sancti iuuāt nos contra malitias dęmonum spūaliter & corporaliter: vt patet ad corpa multor. sanctor. Archangelor. capit ꝓprietatem aīa p aliquā claritatē & reuelationē magnor. secretor. Angelorum aūt per obedientiæ agilitatem paratę sunt semp: & nil aliud potest in eor. appetitu cadere nisi qd̄ deus vult: sicut & de angelis dī in ps. Facitēs verbū eius ad audiendam vocē sermonū eius. Et sic aīæ p bona supnalia collata est imago totius cœlestis hierarchiæ in patria. Sed si hic viuit vitio se efficit imago diuersarū bestiarū. Rom. j. Mutauerunt gloriam incorruptibilis dei, id est gloriosam imaginem dei in ficturā imaginē corruptibilis hoīs & volucrū & q̄drupedū serpē imagi tū & ceteror. Hinc & Boe. de phīca cōsol. Euenit vt quem diuersis vitijs transformatū videas hoiem estimare nō pos sis. Exemplificat de diuersis vitijs variis bestijs assimilatis suis.

Aīa est imago glificate intellectualitatis.

Aīa bene ꝓparata: par alijs ꝓbatur dimitte angelo num.

Superbia

Superbia leoni. Inanis glia pauoni. Inuidia linci. Auaritia talpę vel serpēti terram comedenti. Ira cani. Gula vrsi. Acidia asino. Luxuria porco. Timiditas ceruo. Instabilitas cui & huiusmodi. Et cōcludit Boe. Itaq; fit vt qui ꝓbitate deserta in diuinā cōditionem tranlire non possit vertat in beluā. Quod & p figurā ostēsum est in Nabuchodonosor: qui propter superbiā suā est in bouē ex hoie cōmutatus. vt dicit Augu. xvij. q. iij. miror. Et tales peccatores in alia vita sumūt imagines dęmoniū. vñ Thre. iiij. Denigrata est super carbones facies eor. Dæmones cōmuniter pinguntur nigri ad innuendū obscuritatē & horribilitatem eor. Pro maiori aūt declaratione eius qd̄ est. ō. de imagine. Nota q̄ q̄nq; sunt quæ deū diuersimode representant. f. vestigiū: imago: & similitudo. Primo enim vestigium representat illud a quo causaliter est expressum consequens: sicut impressio pedis relicta in puluere: & fūs cinis dī vestigiū ignis & sic quelibet creatura irrationalis dī vestigium dei: qa ipm aliquo modo repsentat per aliquā suā virtutē. Vñ Iob. xj. Forsitan vestigia dei comprehendes? & vsq; ad perfectū oīpotentē reperies. Sc̄do imago repsentat illud a quo est. pduc̄ta clare expresse. Et hoc duobus modis: quia vel in specie similitudine: sicut imago regis in filio: vel i figurę similitudine: vt patet de imagine regis expressa in numo. Ponit Aug. in lib. de decē chordis exemplū dicēs. q̄ sicut imago imperatoris aliter est in numo: aliter in filio: qa in filio est impressa fm cōuenientiam naturæ: in numo aūt non: sic & tu numus dei es: ex hoc melior: qa cū quadā vita & intellectu es: vt scias cuius geris imaginē: numus autem nescit se habere imaginē imperatoris. Ponit etiam exē plum de imagine quæ est in filio & in speculo. In filio em hoie est imago patris: & ex hoc est pater eius. In speculo vero imago nō est hoc qd̄ ipe homo: & ex hoc nō est pater ei? In filio regis est imago fm equalitatē substantiæ: & ex hoc rex est pater filij. In speculo aūt longe est a substātia. Sic a si mili. Filius dei est imago patris & nunq; dī esse ad imaginem: & hoc ꝓpter idemtitatē naturæ expresse: quā dei filius representat. Homo vero dicit imago dei ꝓpter idētitatem similitudinis: & dicit etiā esse ad imaginem ꝓpter imperfectionem similitudinis. Vnde dicit Gen. j. Faciamus hoiem ad imaginē & similitudinē nostrā. Nam hæc prępositio ad diffantiā significat. Tertio similitudo representat eandem qualitatē nō vt expressam ab alio: vt ouum est simile ouo: nō tñ est imago oui: quia nō expressum ab ouo: vnde vbicunq; est imago est similitudo: sed non econuerso. Quarto q̄ est fīs equale representat illud a quo est expressum perfecte. Nam filius æqualitas nō est de ratiōe imaginis nisi perfecte: qualis est & sed filius dei. Ex his elicitur q̄ aliqua creatura est q̄ nec imago nec est nec ad imaginē: vt creatura irrationalis: sed dicitur vestigium dei. Aliqua res est quę nunq̄ est ad imaginē: sed imago dei tantū: vt filius dei. Col. j. Est filius dei imago inuisibilis dei: & hoc ꝓpter idētitatem naturæ. Aliqua creatura est quæ est imago dei & ad imaginem dei: vt homo qui ꝓpter similitudinē nō æqualitatis: sed ꝓportionis inter deū & ipm dicit imago: & ꝓpter imperfectionē similitudinis dicitur ad imaginē dei: qa scilicet nō habet idētitatē naturæ cū deo sicut dei filius. Raine. post Tho. in .j. par. q. xciij.

Quīq; sūt q̄ di uersi modę repsen tat deū.

¶ De mira nobilitate animæ. Cap. ij.

BENEDIC ANIMA MEA dño: dñe deus meus magnificatus es vehementer Pō. ciij. In oībus operibus suis dīs magnificatur. i. magnus efficit nō in se q augeri nō pōt: sed in nostri cognitione. i. magnus ostenditur nobis in sua potentia: sapiētia & beneuolēcia. Qui facit magna & inscrutabilia & mirabilia absq; numero: vt ait Iob. v. Sed inter oīa opera sua abextra: vehemēter magnificat. i. magnus & mirabilis ostēditur in animæ rationalis creatione & bono rum innumerabilium eidē collatione. Et ideo benedic aīa mea dño: benedic corde: ore & opere: & vt frequētius bene dicat frequenter cōsiderare debet ipsius aīæ excellentiā nobilitatem & pulchritudinem sibi collatam. Sicut em̄ principium saluris est cognitio sui: ita causa interitus est ignorātia: sic ma vitāda est: vt dicitur. xxxvij. dist. ignorantia. & permaxime ignorantia sui. Vñ & querenti cuidā vñ posset beatus Augo. ostendere ꝓpter quid allegar Bern. ad Eugenij scribēs. Quod sub alijs verbis notat Iob. v. dicēs. Visitans speciem tuam non peccabis. i. considerās tuam essentiam. i. teipsum: vt exponit Helinandus. Quid em̄ prodest hoi scire vires hærbarum: virtutes cœlor. syderum cursus: hoim mores: natura lia cuncta: sui notitia posita? Ipsam aūt animę qualitatem describit Salomon dicēs Cān. j. Si te ignoras o pulchra inter mulieres &c. vt. j. patet. Quanta sit animæ humanæ pulchritudo: nobilitas: & refulgentia: & quanta sit eius cire ca hoc ipsum ignorantia: & quō possit & per quę media deuenire vt habeatur ipsius animę natura: & vtilis notitia & recta vita: pulchre & deuote & egregie ostēdit Ioannes Dominici cardinalis in itinerarij libro exponens dicta verba. Si te ignoras: o pulchra inter mulieres egredere & abi post vestigia gregū: & pasce hedos tuos iuxta tabernacula pastorum. In quibus quidem verbis sponsus animæ Christus ipsam sponsam alloquens tria de ipsa ostendit.

Cañ. .ſ.

¶ Primū est defectio cognitionis naturalis. ibi. Si te ignoras.

¶ Secundū est perfectio conditionis humanalis. ibi. O pulchra inter mulieres.

¶ Tertium est instructio perfectionis internalis. ibi. Egredere & abi &c.

Tria cō sideranda ī aīa.

§.I. INCHOANDO A SECVNdo cū scilicet dicit. O pulchra iter mulieres: notat magnitudo mirabilis excellentiæ animæ: ex tribus ibi positis.

¶ Primo ex articulo vocationis: cum dicitur. O.

¶ Secundo ex substantiuo intellecto adiectionis: cum subditur. pulchra.

¶ Tertio ex termino cōparationis. ibi. inter mulieres.

Vbi sciendum q̄ cū sacræ scripturæ preciosissima verba nullum superfluum nil otiosum admittant: iste vero articulus seu iteriectio o includat i omni vocatiuo: sequit. q̄ vbi potest intelligi videtur superfluc annotari: nisi debita ratio assignetur. Et ideo cōsiderandum est q̄ o est nota admirationis: durationis: cōpassionis: affectionis: reuocationis & perfectionis. Ex quibus cōcluditur: q̄ dño prædicenda cum eā vocat o: anima est admirabilis: est durabilis: est interminabilis: est desiderabilis: est amabilis: & est cōmendabilis. Primo igitur dico q̄ o notat admirationem: vnde cum de aliquo admiramur tanq; ibi deficiat spūs noster vltimam literam proferimus ore quæ est scientiæ elemētum finale v & in Græco o. Vñ & saluator admirans seu ad mouendum admirantis se habens erga Chananeā dixit. O mulier magna est fides tua. Mirabilis siquidem est anima: & a nobis incomprehensibilis pro statu viæ: & iuxta intelligētiæ facultatem naturalem. Mirabilis vtiq; in essentia: mirabilis in capacitate. Nam quantūcunq; quis proficiat in scientia nihil est respectu eius quod adhuc scire potest. Apparet capacitas eius mira ex artibus adinuentis pluribus: ex scitis varijs acquisitis: ex virtutibus descriptis: vt. j. patebit. Mirabilis est in diuinę imaginis cōfluentia: vnitatē & trinitatem super oīa distinctius representans: vt. ō. patuit. Mirabilis est in potētiarum pluralitate scilicet vegetatiua: sensitiua: intellectiua: quarum quelibet in plures subdiuidit. vt. j. ostenditur. Mirabilis in corporis coniunctione: cū res tam nobilis & magnifica vniatur cum re tam vili & infima quale est corpus. & de hoc etiam. j. ca. vj. eo. titu. Mirabilis est in corporali contagione: cum munda a deo creat: subito a corpore cui vnitur: inficiatur. Et nō minus mirabilis in eius per baptismum mundatione. Mirabilis est in sui corporis exercitatione per potentias eius: de quo. j. habebitur titu. v. per to. Mirabilis est in sui separatione a corpore & operum suor. retributione. de quibus etiam tractabitur. Mirabilis demum in defuncti corporis reassumptione. Secūdo o est nota durationis. Ex parte post iuxta illud Apoc. j. Ego sum alpha & o: primus & nouissimus: vbi a denotat ęternam durationē ex parte ante: quia nulla litera ante eā. O vero ex parte post signat durationē: quia nulla litera sequitur fm Græcos. Anima igitur humana nō habet durationem ex parte ante: quia creata est in tpe: sed ex parte post quia nō terminat: sed est perpetua & immortalis: & de eius immortalitate plenius. j. agetur. eo. ti. c. v. Et sicut finis alphabeti est o fm Græcos: ita finis oīum cœlor. & creaturarum est anima rationalis. Et ideo post q̄ oia creata sunt: dicitur ipsa creata fuit: & propter ipsam creata sunt oīa: finis enim & si sit primum in intentione: est tamen vltimum in executione operātis. Oia inquit Aug. super Gen. fecit deus propter hominem: hominem autem propter seipsum. Ter-

Hęc īra mirationis: durationis: cōpassionis: affectionis: reuocationis & perfectionis

Ca. pce. §. j. & ij. in fine. Tit. ij.

tio o est nota cōpassionis. ſm illud Threñ.j. O vos omnes qui trāsitis per viam attendite & videte si est dolor sicut dolor meus. Consueuit em persona afflicta de se vel alterius afflictione multum dolens: frequenter cum suspiriis emittere o: in qua ois fere vox terminatur languentis. Nulla etiā litterarū formā pleno ore nisi o. Et nulla aptior ad clamandū q̄ o. Audi o aia deū tibi loquētē & dicentē o: & nō despicias receptū auribus o. Tibi em cōpatitur: quia in peccatis fuisti. Tibi em cōpatitur: quę tam nobilis & admiranda ad tantā miseriā es deducta: vt peccato sis subdita: & sup nos de regina vniuersoꝝ: sis corporis vilis ancilla effecta. Tibi tnabus, cōpatitur: quæ eras cœlū diuinū & facta es dęmonū fanum Tibi compatitur: cui seruiebant angeli: nunc imperant dęmones. O si tu videres tuā dignitatē per gratiā & nobilitatē: per naturā: & demum scires ad quam infelicitatem te deducit peccatū: quantum tu clamares o incessanter. Ille suspirat vt suspirare te doceat: dolorem affigit: vt de te tu per te te doleas. Et languores & dolores ipse adhuc plangit in cruce & clamore valido: vt perpendas exinde quantū tu debes dolere quæ commisisti peccatū. Quarto o est nota affectionis seu desiderij & dilectionis: qđ exprimebat pū. cxvij. dicens, O dñe saluum me fac: o dñe bene prosperare. A pueris & turbis clamatū est in Hebraico Osanna: ex effectu eorum ad christū. Mat. xxj. Volens ergo deus insinuare quantā affectione: desiderio & amore vocet aiam: vt spem generet atq; dilectionem reciprocam dicit. O pulchra: opere nāq; ostēdit quicqd expresserat voce q̄; scilicet solerter te errātem quæsiuit: perditā requisiuit. Accendit lucernā fidei: to tam domū p charitatē euertit: inueniēs lętat cū angelis: & si corā hoibus vere tristatur: portat in humeris: reducit ad caulas: totā curtam gaudio & tripudio iubens per symphoniam & choꝝ: etiam cūvicinis iocundari: vt parabolice habetur Luc. xv. Quinto o est nota reuocationis siue secundę vocationis: experire in te rogo vsum vocantium: si al's nō notasti: qm qui aliū vocat in primavoce o non apponit. in sęcda apponit. in tertia nō replicat o. in quarta vero iterum dicit o. Et sic deinceps anteqū respondeat ille in dispari sine o, & in pari cū o, formar clamorem. Cū itaq; audis q̄ tuę vocationi prępponit o. scito te afas ab eodem vocatā: & accusa tardritatē tuā: & venerare cū gratiarū actione bonitatem & Prosa.ij pietatē suam. Te quippe primo vocauit per creationē inserens de rebus in natura simplicius appetitum. iuxta illud Boetij. Infixa est naturaliter mentibus hoim veri summiq; boni cupiditas. Et nunc vocat per nouę luminis infusionem: vt altiora conscendas. Et si forsitan te vocauit summo mane pueritię. in tertijs adolescentię. sexta iuuenturis. nona virilitatis. & iam venisti ad vndecimam senectutis: saltē sic pro te fatigato respondet: parevocanti: vineam intra: pro ipso labora plus acceptura q̄ tu scires petere: vt habēt i parabola Mat. xx. Sexto o est nota perfectionis: vocat em te per o: vt perfecte sequaris quam vult facere perfectam ipse. Perfectum au-

Perfectū dr cui addi nihil potest.

tem dicitur cui addi nihil pōt de essentialibus sine specifica mutatione ipsius cui fit additio talis: & hoc modo dicū sunt perfecti cœlū & terra & ois ornatus eoꝝ. Gen.ij. Licet em̄ homo potuerit esse perfectior in accidentalibus: vt scilicet nō potuisse peccare si habuisset maiorē gratiā & hmōi: in essentialibus vero nō. Nā si adderet deus aliqua aiæ supra potentiā intellectiuā quæ essentialē perfectionē importaret: ipsa aia nō esset eiusdē speciei cū prima. & sic de alijs. Essentia litterarū est linea quędā seu linee. O autem vna linea perficit quæ principiū fini cōiungit: & ideo perfectior cæteris, Ipsi q̄ o nulla pōt fieri additio sine sui mutatione. Cōsidera igitur quandā lineā quodāmodo esse aiam tuam cuius punctus primus est deus. A puncto em̄ inchoat linea & punctꝰ indiuisibilis est: sic & deus ex cuius manibꝰ tu existi personationem. Medium huius linee est figura tua ab eo: quæ lōge recedens ab ipso longissimā lineā in obliquā per transuersum duxisti ab ipso principio continue magis distādo. At vbi venit plenitudo tęporis: pūctus primꝰ vnitus est vltimo: quādo. s. verbū caro factum est. ioā. j. Verbū ecce punctus primus: caro: ecce punctus vltimus: sa tū est: ecce vnio punctorum. Sicq; venit ad perfectū humana natura hic per o vocitata. Decimaquarta litera in alphabeto nostro est o. & in tertia tesseredecade vnio describitur naturarum in christo a Matheo in. j. ca. Dicit enim q̄ ab Abraā vsq; ad Dauid sunt generationes .xiij. & a Dauid vsq; ad trānsmigrationē Babylonis .xiij. & a trāsmigratione vsq; ad christum. xiij. vbi magnū innuit sacramētū. Aia em̄ in pricipio cātiquoꝝ p triplex o ad dñm suspirabat. primo p o dicens. Osculet me: suspirauit. p sęcꝰm di. osculo. suspirauit. per tertiū dicens oris sui. Trinā em̄ pfectionē desiderat aia. Prima est vnionis: q̄ fit p incarnationē. Sęcda est opera dilectionis: q̄ daꝝ per perfectę grę infusionē. Tertia est naturę & trinā p cōiocationis seu glorificationis: q̄ fit p vltimę beatitudinis fecundationem. Prima tesseredecas incipit ab Abraā: cui incarnandi verbi facta est repromissio prima. Sęcda incipit a Dauid: qui tā perfectus fuit cui dñs diceret. Inueni hoiem ſm cor meū. Tertia perfectio exorit in trāsmigratione a Babylone ad Hierlm patriā repromissionis iocūde & cōsummat in christo nūcq; intermediādo. Irē nota q̄ o est litera quarta vocalis: vt cum te per o a dño sentis vocari: recorderis q̄ in pre tuo Abraā tibi promisit quarta generatione reuertent huc. Gen. xv. s. ad terrā promissionis supernā patriā figurātem: & de filijs Abraę facta est illa promissio qui sunt veri fideles eū opere imitātes. Generatiōes aūt ille spūales sunt & in quolibet possunt intueri. Nā prima est per fidem. Secunda per spem. Tertia per charitatem. Quarta per adnihilationem seu humilitatē: & tūc reuerteris huc: quia huc mę dignus eris: id est mei gloria. Ideo igitur per o te vocaui: q̄ litera est quarta inter vocales: quia in quarta generatione virtutum supradictarum perficienda es: & o est nota perfectionis. O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientię dei: q̄ Ro.xj. incomprehensibilia sunt iudicia eius &c.

§. II. SECVNDO NOTATVR EX

Aia assimilat mulieri

cellētia & nobilitas aię: ex eo q̄ assimilat mulieri: cū dr pulchra: pulchra. s. mulier. Ex ipso vocabulo mulieris ipsa aia.

¶Comparatur angelis.
¶Reperitur in fœminis.
¶Cōmendatur in scientijs.

¶Hæc tria ſm scripturas gña rerū significant p mulieres.

Angelos siquidē quantū ad primū reperio a summa veritate tam mulieres q̄ viros noiatos in vno eodęq; sermone vbi tractatur parabola ouis & drachmę perditarum. In inuētione ouis perdirę vocant amici & vicini. In inuētione ignoras: pulchritudinē tuam inter angelos q̄re. Est aia ante oculos filiaꝝ Hierlm interpellat aia angelorum subsidia dum ait Can. s. Filię Hierlm nolite considerare q̄ fusca sim. i. obscurata per pctā. Dicunt siquidē angeli viri rōne victorię gratia hostes nros dęmones: mulieres aūt rōne gratissime & attrahentis venustatis. Vtiq; pulchrior est vir muliere: sed species mulieris magis allectiua q̄; spēs viroꝝ. O igit aia si te

Universidad de Deusto
Biblioteca

inter mulieres. Quo em̃ pulchrior est mulier iunior: liben
tius se ornat ad innuendū: qa ad hoc pulcherrima anima
et adolescēs q̄ nunq̄ senescit impellit: nō quidē vt caro le
tida cōponat: sed vt in marcida carne sua pulchritudo ali
qualiter repsentet. Vel melius puto dicēdū q̄ cū aīa pul
cherrima virtutibus affectet ornari: caro supba in semet
ipsam ornamenta conuertit: et hinc est q̄ nouī testamenti
primi pastores talia cuī nō conuenire declarāt. j. Pet. iij.
Mulieres subdit̄ sint viris suis &c. quarū sit nō extrinse
cus capillatura aut circūdatio auri aut argenti: aut indu
mēti vestimētoꝝ cultus: sed qui abscōditus est cordis hō:
in incoruptibilitate quieti et modesti spūs. Sic em̃ aliq̄n
et sanctę mulieres sperantes in deo ornabant se &c. &. j. ad
Tim. ij. dr. Ornātes se. s. mulieres nō intortis crinib⁹: aut
auro: aut margaritis vel veste preciosa. sed qđ decet mulie
res &c. Desiderat⁹ igitur cult⁹ speciosus & mulierib⁹ conces
sus ornat⁹ mirā animarū pulchritudinē clamat cū sile suū
appetat sile. Cōmendat tertio aīa sub mulieris noīe: cū
dr. O pulchra. s. mulier: ex eo q̄ noīe mulierū & scriptura
rū doctrinę siue scięt̄ię intelligūtur: et maxime in libris sa
pięt̄ialib⁹, Salomō em̃ doctrinas & leges mulieres voca
uit in puerbijs: pcipue inter q̄s pulchra dr aīa: qa i scriptu
ris sctis & vanis ei⁹ admirāda species a plurib⁹ designatur
Et vna qdē mulier est poesis vaga et cōposita: q̄ sub noīe
Pſichē cuiusdā puellę de greco in latinū translato: animā
importantē mirā elegātiam aię describit. Alia mulier lo
quax et ornata est historia narrās aīas in diuina effigievi
sas fuisse floriḃ⁹ coronata imo stellarū luce vestita. Adest
mulier tertia astrologia nūcupata cui⁹ studiū est demon
strare hūanas aīas de cœlo descēdere: & p singuloꝝ orbiū
per q̄s tr̄ asitū faciūt influętia virtutū suscipere: sicq; deco
ratas humana carne vestiri. Moralis aūt mulier fragran
tib⁹ rosis hincinde coopta: hoiem fatet cōstare ex cœlesti
terrenaq; naturavt ex parte pria speciosa cœlū speciosum
valeat pollidere: & ex alia moderet terrenis. Garrula & li
tigiosa mulier dicta ciuilis: sequit dicta auro texta cano
nica mulier &c. pulchritudinē aię cōsiderādā i toto corpo
re iuris: & amissam recuperandā p̄ pniam multū insudat.
Currit septima mulier q̄ vbi non est ingemiscit eger: phia
practica vulgato noie medicina dicta: & aię pulchritudini
veritatis testimoniū reddens. Dicit auctor ē summę natu
rę hoi em ex distātibus summę in eodē genere cōpositę esse:
ex nobilissima. s. anima & ignobili terra. Speculatiua aūt
mulier naturalis lapidibus pciosis accincta: aiam vocat
sydus cœleste: cœli portionem: radiū dei vel aliqd eē diui
nę nature: nō habens quid venutⁱ⁹ dicat. Verum mulier
fortis & ctā theologia sacrata vt aiarum inumera testimo
nia prętream: id dicit q̄ maius non reperit: factas aīas ad
imaginē dei pulcherrimi. Ecce pulchra iter mulieres q̄ fa
cile scire potes q̄ es pulchra creatura. Vñ & Cañ. j. dicit de
aīa ipsa sponsus christus. Ecce tu pulchra es amica mea. s.
naturaliter: ecce tu pulchra. s. per gratiā adiūctam spūali
ter. & Ezech. xvj. Decora facta es vehemēter nimis.

Aīa cō mēdat ex noīe q̄ mu lier. de septē mulieri bus.

§. III. QVANTVM AD TERTIVM

Aīa cō paratur mulieri

Metro. ix. terū xxxiij. q. v. hęc imago.

s. terminū cōpatiōis notaī ēt pulchritudo & nobilitas aię
ex eo q̄ dr iter mulieres. Cōpatio em̃ ei⁹ est iter mulieres.
In. j. Phy si. dr q̄ materia appetit formā sicut mulier virū.
appetit: vñ & mulieris caput siue pfectio dr vir: nescit qui
dē mulier se regere nisi regaī a viro. Propter qđ deficiēti
bus masculis & integro numero mulierū pseuerante: scribi
tur Esa. iiij. Apprehendēt. vij. mulieres virū vnū in die il
la dicētes. Panē nostrū comedemus: & vestimētis nostris
operiemur: tantūmodo inuocet nomē tuū sup nos: auser
opprobriū nostrū. Cū igit̄ christus sit vir aię: q̄ mulieri cō
paraī: cū dr inter mulieres: ostēdit ex hoc pulchritudo &
nobilitas eius: qa naturaliter iclinaī ad christū deū & ho
minem. Inclinaī vtiq; aīa etiā si est beata ad corpus suum:
sed sicut perfectū ad imperfectū vt videlicet pficiat vascu
lum suū. Ad christū aūt seu deū inclinaī sicut imperfectū
ad suā perfectionē. Sed nota sc̄do q̄ non absolute diceris
O aīa pulchra: nec faciendo cōparationem ad alia: diceris
pulchra iter viros: sed ēt inter mulieres: absolute pulcher
est de⁹ immo pulcherrim⁹, iuxta illud Boeti de ppica con
so. Mundū mēte gerēs sil' sub imaginē formās pulchrum
pulcherrimus ipse. Caput mulieris vir est: caput viri chri
stus: caput christi de⁹ est: pulcherrim⁹ igit̄ de⁹ vñ absolu
te dr. Ecce tu pulcher dilecte mi: ecce tu pulcher. Cañ. j. qa
icōparab iliter sup ągelos & hoies pulchrior christ⁹ iter vi
ros iter oēs fact̄os & ągelos sed pulchra aīa iter oēs alias cre
aturas: ēt sup ągelos iquātū. s. deificata. i. deitati vnit̄ a aia
hūana i deit̄ bo: sed i se p̄sideratа nō pulchrior ągelis. Vñ
tertio nota i pparatione hac: qa non dicit iter virgines sed
iter mulieres. Mulier, ppriē est fœmina corrupta virgines
vtiq; ągeli fuit: nō solū qa corruptiōis corporalis ię experte
sed qa nunq̄ in aliq̄ deliquerūt: aīe vero post primā trās
gressionē excepta aia xp̄i omnes reperiūt corrupte origi
nali pctō. Post deū igit & angelos maxima reperitur pul
chritudo tua inter oēs creaturas: qm immovt in christo est
nr̄a natura nobilior etiā angelis reperit vnde & p̄m ap̄m
ad Heb. j. Cū introducit. s. de⁹ pater primogenitū in mun
dū dicit. s. de eo: adorent eū omnes angeli tāq̄ superiorem
suū. O igit̄ pulchra inter mulieres. & in hoc q̄ ad primū.

§. IIII. QVANTVM AD SECVN.

dā partē q̄ ptinet ad primū mēbrū diuisiōis pricipalis no
tat defectio cognitionis naturalis: ibi, si te ignoras. Sicdē
nescit aia qđ sit aia: & q̄ cętera videt seipam nō videt loge habet
extra se posita speculatiue rimat: & itrinseca sua dr ignora
re sicut accidit de oculo q̄ cū cetera videat se nō videt. Vñ
em̃ dispurātiū p̄orū tot de aia opiniones ponūt: nisi qa
nulli⁹ sui natura cognouit. Mox aūt vt aia est separata p̄t natura
vniri p cōtactū alteri aię: & vides aliā aiam cognoscit se ip
ipam: sicut & angeli añ cōfirmationē vidēdo ęteros se vi
debāt i illis dignitatē, ppriā ex illo ituitu cōpherētes ap
te. Sed dicet aliqs nō inepte p̄m regulā iuris. Nemo pōt ad
impossibile obligari, de re. iur. lib. vj. c. nemo. Si igit̄ aia nō
pōt se cognoscere: g̃ nō obligaī se scire & si nō obligaī nō
peccat se nescīēdo nec est digna pœna. Sed cū ignorātia sit
pœna g̃ nō est dicēda se ignorare: sed potⁱ⁹ nescire: sicut &
angeli cū non oia sciāt dicūt tn̄ illa q̄ nō nouerūt nescire:
nō aūt ignorare. Sed ad hoc respōdet q̄ in scriptura aliq̄n
ignorātia ponit pro nescīētia. Vñ illud Pō. Quæ ignora
bam. i. nesciebā: interrogabāt me. Et loquit̄ de christo p̄m
partē sensitiuā: in qua tpe passionis videt fuisse nescīētia
nō aūt p̄m partē intellectiuam: in qua nō ignorātia nec ne
scīētia erat aliqua eoꝝ q̄ sunt fuerūt & erūt sed oia sciebat.
Sed ꝯ pōt dici aliter. s. q̄ iputaī a se ignorāria sicut & origi
nale p̄m cuius est pœna per ꝓpagationē deriuatū in po
steros a primo parēte. Si em Adā nō peccasset: nō esset aia
corporis serua sed dña nō obęcata tenebris pctoꝝ: sed illu
minata luce virtutū: cū qua siquidē luce: q̄ fuisset aīab⁹ cō
munis oībus se fortassis cognouisset & q̄ mō ignorat. Per
tio pōt sic rnderi: licet aia ex toto se nō valeat cognoscere
absq; luminis infusione: pōt tn̄ ad talē cognitionē venire:
vt de se nō p̄sumat & nō dicat q̄si p̄sumēdo: osculet me
osculo oris sui &c. q̄si sit hmōi digna. Ignorat g̃ primo.

Tria ignora aīa.

¶ Suam integratem actualem.

¶ Suam infirmitatem virtualem.

¶ Suam instabilitatem & imbecillitatē visualem.

Quantū ad primū nota q̄ nullus est ita alien⁹ a fide dū
vera speculet sequendo naturā q aperte non cognoscat se
deo obligatū & immense ingratum. Ista em̃ tria in natura
speculanti nota videnf. Primū est q̄ vnus est princeps a q̄
cuncta procedunt regunt & pseruant in esse. Hæc cōclusio
seu sententia procedit ex dictis Plato. & Aristo. q̄ in natu
rali scientia potiores habenf. Sed m̃ est q̄ suo benefactori
gl'bet est obligatus p̄m proportionē beneficioꝝ datoꝝ &
receptoꝝ. Hanc nō solū hoies natura docet: sed & mutaī
fera q̄ domestica. Ex his duobus sequitur q̄ homo tim
deo obligatur a quo summa recepit: & recipit etiam i vno Hil
quoq; momento. Tertium notum est oīb⁹ q̄ ingratitudo
est magnū pctm̃: grau⁹ tn̄ p̄m qualitatē dāni dati & recti
pietis. Hāc dilatat moralis & extra fidē Sen. per magnam
partē libri de beneficijs. Hic apud oēs naturales siue gen
tiles mos fuit in q̄libet terra vnū templū saltē habere cū
sacerdote qui deū ꝓpitiaret offensum & beneficū laudā
ret. His p̄suppositis patet q̄ hō & si nil aliud malitię gesse
rit: deo est ingratus: & ingratū debet maxime se reputare
nisi in diuinas laudes sit semp diffusus dicēs. Semper laus
eius i ore meo. Vel nisi ꝓ ipso sit semp parat⁹ se impēdere
totū illud frequētās. Quid retribuam dño ꝓ oībus quę
retribuit mihi &c. De qbus tn̄ paucissimi reperiūt & fere
nulli vt decet & tamē aia habens aliquid bonę volūtatis
audet dicere. Osculetur me &c. quasi sit digna diuino oscu
lo cū fuerit multipliciter adulterata: & os habeat fœtidū
Anima & spurcissimū. Sed m̃ qđ qs ignorat qđ tn̄ per viā naturę
ignorat su scire pōt: est sua infirmitas & potētiarū suarū debilis vali
am ifir tudo aut nulla. Si enim speculata fuerit sub cursu naturæ
mitatē. suā defectionē tēporalē: qua cōtinue tendit ad mortē suā:
apprehēdit infectionalē cōuersionē: qa quicqd in suo vsu
capit corrūpit: & carnē suam fœtidā etiā viues linit inver
mes: suā principalē operationē p̄m quā potius trāsmutat
quę de⁹ facit: q̄ ipsa aliqd ꝓducat sicut considerari pōt in
qualibet arte: dicet ꝓ certo suū facere esse deficere: & suū
posse impotentiā nominabit. Vis o aīa de te gloriari aut
te extollere de potētia vel ope tuo, Audi dicentē tibi Pā.
Ij. Quid gloriaris in malitia: q potens es in iniqtate? Ecce
tota glia tua. Subuertisti regna: hoies occidisti: igne con
sumpsisti multa que deus creauerat. Sic fecerūt Nabucho
donosor, Alexander magnus, Cyrus, Cæsar, Octauian⁹ &
alij, forte libros ꝓposuisti: vt arist. & Plato. & Pli. & Aug.
& Orige. Hiero. & hmōi. & vt dicis aliqd fecisti: ordinasti
eos, partib⁹ catenasti cōnexis veritatib⁹ repletis: adorna
sti florib⁹: sanctoꝝ rationibus colligasti: vt. b. Tho. Alb.
Bonauen. Richar. Egidius de Roma & hmōi. nouitatibus
decorasti: qbus lętātur moderni: sylua mulcētiū aures sæ
cularium literaꝝ: adūbrasti: & coloraī figuris: & dulci cur
su sermonis: vt Lactātius. Alanus. Dantes. Francisc⁹ Pe
trarcha & alij. Erras si hoc dicis te fecisse: nā qcqd habent
veritatis affabilitatis vel ordinis: totū est alienū: tua con
scientia teste. Si quid aūt in eis extat falsitatis vanitatis &
defectus: totū illud egit ignorātia tua: p̄sumptio tua: vti
nā nō aliqn̄ malitia tua. Si dicis o aīa: ędificia magna con
struxi: erexi turres: & mœnib⁹ altis ciuitates plurimas au
xi: vt Arphaxat, Salomon, Diocletianus, Nemroth. Sed
respondeat tibi vitas tua vt dicat. Stabiles mōtes fodisti:
& ex lapidib⁹ ide sublatis ruituras domos fecisti. Ecce qa
defecisti & nō, ppriē fecisti. Reuertere igit ad cor Hierm:
Anima & scias te nō posse nisi mori: peccare: destruere: & corrūpe
ignoꝝ re. Cū aūt tibi aliqd attribuit vel æstimas ex te aliqd esse:
ratsua cū nihil sis: & aliqd posse: cū sine deo nihil possis: te igno
ifirmabili ras. Quātū ad tertiū ignorat anima suā instabilitatē & im
tatē & becillitatē visualē seu intellectualē: q̄ tn̄ ex via naturę sci
ibecillitatē re pōt. Nouit vnusq̄sq; se labilissimā hr̄e mēoriā: intelligē
tatē vi tiā valde murabilē: vt cūvni cōclusioni ostensę adhęreat:
sualē ꝓ audita aliqua rōne in cōtrariū ad illud assentit. Volitiua
intelle plus variabilē q̄ dies. xij, horarū varietur per eas. Ignorat
ctualē. si sapiēs fuerit: vel si insipiens: si bonus vel malus: si odio
vel amore sit dign⁹: nec sibi quisq̄ vitā ętrnā pōt pollice
ri: quāti em̃ casus humana rotāt. Sed & quanta sit intelle
ctus imbecillitas pōt qs videre si cōsideret ex quātis præ
missis tāq̄ causis essentialiter ordinatis: ad vnⁱ⁹ cōclusio
nis intellectū oportet eū deuenire. Vnūqd q̄ em̃ tunc arbi
tramur scire: cū causas ei⁹ scim⁹: vt principia primav sq̄ ad
elemēta: vt p̄m doctrinā traditā a naturali: vix de aliquo
ente habeat intellectus p̄clusionē p se, notā aut demōstra
tiuā. Cōsideret etiā q̄ duo simul nō valet distincte actua
liter intelligere: sed vnū post aliud: nisi plurima simf sub
vno cōspeculet nō diuisim sed ꝓiunctim. Sicut multos si
mul angelos cogito sub isto cōceptu angelus: Gabrie
lē & Michaelē prout duo sunt intueri non pōt se determi
nās ad vtrūq̄. Cōsideret tertio aīa quo magistro regatur
vt doceat. s. sensu corporeo: & ex h̄ fit vt q̄ caret vno sensu
careat & scięt̄ia illi⁹ obiecti. In ętrnū em̃ cęcus nō syllogi
zabit de colorib⁹. Cū ergo ꝓspexerit hō se habere oculos
vespertilionis vl' noctuę: quo pōt ad lympidissimi solis au
dere oculis irreuerberatis lucē inspicere. Disce ergo te fre
quenter inuestigare: vt excludatur p̄sumptio qua te igno
ras: multa cogitas: facis & dicis incōgrua: & ideo egrede
re & pasce &c. quod tertio loco positū rest it declarare.

§. V. QVANTVM AD TERTIVM

Docet aia quō posſit venire ad pse & pascē ędos tuos ęternalē.

pricipale dicebat: q̄ dat instructio pfectiōis ęternalis. i. do
cet aia quō possit venire ad pfectionē: vnūquodq̄ em̃ na
turaliter appetit suā pfectionē: docet aūt aia in ỹbis quæ
sequuntur dum dr. Egredere & abi post vestigia gregum:
& pasce ędos tuos iuxta tabernacula pastorū. In quibus
verbis tres quęstiones sunt videndę & declarandæ.

¶ Et prima qs sit terminus deserēdus. ibi. Egredere.

¶ Secūda qs sit terminus requirēdus. ibi. Abi post vesti.

¶ Tertia qs sit iste locus colendus. ibi, pasce ędos tuos.

Quantū ad primā q̄stionē rndet: qa a loco in q̄ quis est
pōt egredi & nō de alio: & iō nō fuit opus ꝓ breui loquijs
magna loquens exprimeret: sed diceret egredere. Restat g̃ Anima
o aīa vtru statū videas tuū & nō paruipēdas vbi es: qū ti vnde
bi loquit̄ electus tuus doctor tuus dicēs. Egredere: & inde debet
exi si vis obedire mādato: & ad supnos ascendere gradus. egredi.
Timenda est valde illa dñi vox: de q̄ dr Apoc. iij. V tinā
frigid⁹ ēes aut calid⁹: sed qa tepid⁹ es: & nec frigid⁹ nec ca
lidus: incipiam te euomere ex ore tuo. Et quid sit ista tepi
ditas quasi declarans subdit: dicis in corde tuo quia diues
sum & locupletat⁹ & nullius egeo: & nescis qa miser es &
miserabilis: paup: cęcus & nud⁹. O mala tepiditas q̄ vere
spem cōuersionis abscindit: sed illā dico malā q̄ calorē se
quit: nō aūt q̄ pcedit: q̄ ad remissionē tēdit seruoris: nō q̄
ad feruorē disponit. Aq̄ em̃ q̄ debet calefieri prius tepere ꝙ
caleat: & ista tepiditas nō est mala qa tendit ad bonū. Ide
mū post ꝙ est, calida effecta aq̄ si igni nō adhęreat iterū ad
teporē descēdit: hęc tepiditas mala est q̄ tendit ad frigidū:
& citi⁹ cōgelat in glacię ꝙ si calida nūq̄ antea fuisset. Na
tura em̃ forti⁹ agit vbi maiorē resistētiā sentit. Qui em̃ ali
quādo fuit bon⁹ igni diuino applicatus & paulatim inde
recedēs: calorē illū nō nutrit: sed remittit: ad talē obstina
tionē descēdit: ꝙ i stomacho diuinę digestionis: vbi sepa
tur p̄ciosū a vili: bonū a malo stare nō pōt. Hoc aūt acci
dit oīb⁹ spūalib⁹ q̄ manū suā posuerūt ad aratrū: & posti
ea se retro verterūt: in inchoata pœnitētia vel religiōe nō
se cōseruātes. Quib⁹ timēdū est ne tāgantur illo apli ful
mine q̄ dicit, Impossibile est eos q̄ semel illuminati sunt:
gustauerūt etiā donū cœleste: & participes facti sunt spūs
sancti: gustauerūt nihilominⁱ⁹ bonū dei vbi: virtutesq; se Formi
culi ęturi: & prolapsi sunt: rursus renouari ad pniam: rur dolosa
sum crucifigētes sibimetipsis filiū dei. ad Heb. vj. Impos pmina
sibile intelligit. i. valde difficile. Caue tibi q̄ legis: caue & tio
tu tibi q̄ scribis. Aia vo, pficiēs, & deū suū gradatim quæ
rēs: sed a hac tepiditate nō tenet̄ sed prima: ideoq; nō solū
meret venia: sed etiā iuuari: vt pficiat & caleſiat perfecte.
Hinc est ꝙ docet quō crescat incipiēs a ppria cognitione
ad quā hæc est via vt. s. egrediat a suis: iuxta illud dictum
Abraę. Egredere de terra tua & de cognatiōe tua & de do Genē. xij
mo pris tui: & veni in terrā quā mōstrauero tibi facīāq; te
in gentē magnā. Egredere inqt de terra tua. i. de affectioni
bus terrenis: qbus quæris q̄ tua sunt non q̄ Iesu christi: de
amore diuitiarū honorū deliciarū cōsanguineoꝝ & hmōi
Egredere de cognatione tua. s. singularis excusationis in
mēte tua: vel etiā corā alijs tuorū defectuū ꝓ ỹba malitiæ
ad excusandas excusationes in pctis: cū tamē iustus: vt ait
Sap̄. in pricipio sermonis accusator est sui. Hanc aūt dixe
rim tā cognationē quā. s. traxisti a primis parēti⁹ ruis: q prouer.
culpā suā excusantes in auctorē retorserūt. Sed si te excu xvij.
sas: ait Aug. deus accusat. Egredere de domo pris tui. si ali
qualis p̄sumptionis: q̄ tibi bona alīq̄liter adscribis: & ma
iora ꝙ sint de te credis: vel tuis exercitijs: cum nō sis suffi
ciēs aliqd ex te vt ex te boni cogitare. Pater tuus primus
in mūdi ingressu ex vtero diabolus est: natura filⁱ⁹ irę, ppē
originale. Domⁱ⁹ ei⁹ i qua ab initio inhabitauit p̄sumptio
fuit qua sua ỹtute ad gloriā voluit aspirare. O p̄sumptio
nequissima: inqt Sap̄. Eccl. xxxvij. vñ in hoīb⁹ nata es: cū
s. vndecūq; habeāt occasiones se humiliandi. Egredere igi
tur o aīa de p̄dictis: & veni i terrā quā mōstrauero tibi. s.
vere humiliationis: quā ỹbo & exēplo mōstrauit incarna
tus ipe dicēs Mat. xj. Discite a me qa mitis sum & humilis
corde: faciāq; te in gentē magnā angelicā p cōcessum tibi
lumē cōtēplationis & multiplicatiōis sanctaꝝ cogitatio
nū ęstuatiū dei desideriorū: ignitoꝝ eloquioꝝ: redol ētiū
exēplorū: magnarū actionū. Egredere a ,pprio amore: ex
q̄ pcedit & p̄sumptio & sui excusatio & terręna affectio.
Ipse em̃ amor ,pprius iudiciū peruertit: obfuscat rationē:
intellectū obtenebrat: iusticit volūtatē: viā salutis obstruit
ignorat deū: proximū nescit: exulat ỹtutes: pctā accumulat
suscitat rixas: honores q̄rit: delectat in hoim cede: rapinā
exercet: negligit diuina mandata: corporeos sensus effre
nat: quærit voluptates: paradisum claudit: pandit portas
inferni: & ciuitatē Babylonis aiab⁹ replet damnatis. Qui
sic amat aīam suā, perdit eā: & qui odit eā sic. s. quātum ad
amorē ,pprium in vitā ętrnā custodit eā. Ioan. xij. Egredere
ergo de p̄sumptiōe: & disce humilitatē. Et hoc est qđ sub
dit. Abi post vestigia gregum: & hoc est qđ scđo q̄rebat.
Secundo ergo quærebat. Quis sit terminus requirendus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quis sit terminus requ rendus.

Homo iumētis assimilatur.

hō sīlis ē brutis decem modis.

Respondeſ q humilitatis actus. Vñ dicit. Abi post vestigia gregū, ſ. equere alios. ſ. probos: qui. ſ. sunt agni per innocentiā: ōtes q patientiā: boues p maturitatē: aselli per simplicitatē: elephātes per castitatē: cerui p cursum feruoris & hmōi. Et ne innitaris prudētiæ tuę vt te instruit Salomō Prouer. iij. ſ. operans ſm tuū sensum: sed alios consule: alios imitare. Vel sic. Abi post vestigia gregū. ſ. cōsidera in te qbus passionib⁹ vel occupationib⁹ bruralibus pēs es dedita. Vestigia em sunt signa relicta ex qbus hō discernit a brutis: & hęc sunt opera ex qb⁹ cognoscit si hō vel vt homo aut vt brutū: & sic pōt se cognoscere. Vbi sciendū q post cę gen⁹ humanū cōparatū est iumētis insipientibus p pēm: vocat⁹ est hō leo p superbiā: equ⁹ p furore vel pes, ppter malitiā: syrena p deceptionē: lup⁹, ppter crudelitatē: hedus, ppter dissolutionē: capra, ppter ambitionē: pulex, ppter importunitatē. Agnus aūt si reuertit a vitijs: ouis si, psequit p patientiam & obedientiā & demum homo si perficit per benevolentiā. Grex em nomē est brutorū collectiuū non angelorū vel hominū hoies igit consequi. i. imitari habeas: cōsidera quia greges dicunt vt discas discernere quos sequaris: qd infra declarabit. Hic autem prius nota q primus homo se effecit similē iumentis insipientibus p peccatū: p decem signa quę cognouit.

¶ Per carnis rebellionē. ¶ Per primā operationē.
¶ Per dei trepidationem. ¶ Per pdita speculationem.
¶ Per insulsam locutionē. ¶ Per mutatā nutritionē.
¶ Per nouā inhabitationē. ¶ Per diuinā separationē.
¶ Per mortis incursionē. ¶ Per pellis tunicarum traditionem.

Q; plures fuissent differētię inter gen⁹ humanū & bruta si nō peccasset sed istorūdecē p pēm p; experiētia fecit similē se brutis. Quātū ad primū aī pēm corp⁹ voluntati & volūtas deo erat subiecta: sed p; summato delicto: caro voluptati & volūtas deo rebellauit: hinc est q; sentiēs rebellionē mēbrorū genitaliū verę erubuit vt bruta aialia nō vereātes mēbris carnalib⁹ imperare: vt patet Gen. iij. Sed o texturā lanificiū & hmōi q; propria sunt aranearū aī pēm hō nō exercuit: nec exercuisset: post qd cōmissū folia ficus collegit intexuit vt sciuit: & fecerūt sibi perizomata⁹ missi artes imitātes. Gen. iij. Quo ad tertiū absq; pēto hō diuinum q; rebat aspectū: sicut fidelis seru⁹ remunerantē patronum libēter expectat. Nō em trepidauit imperatis aspectū vel cūcta aialia ad se afferētis. Atvbi factus est reus: iudicis timet aductū. Sic adā facie sua se abscōdit in ligno: vestigia & vocē ambulātis expauēs. Hoc aūt brutorū est ad vocem. ſ. & sonū dñi sui abscōdere se & cū tremore latere: vt pateat i pīb⁹ aialibus. Quātū ad q; rtū nora q; eo rpe q; is paruo. ſ. spacio horarū. v. & nō vltra quo sine pēto steterat in illo loco ameno assuet⁹ erat cœlica p; eplari: sed p pēm se totū i sensuales affectiones & difficultatem itellectus sensit redactū. Vñ non dubitauit se similē brutis; effectū: qb⁹ aī nō ia imposuerat iuxta vniuscuiusq; pprietatē naturæ quę fortasse ad ipm p deū fuerūt adducta. Gen. ij. vt p cognitionē ipsorū se demū cognosceret i eorū gregē trāsisse.

Qantū ad qntū aduerte q; expert⁹ fuerat hō primus lingua serpentinā pariter & hūanā optime q; nouerat earū distantiā. Erat ei vox hois simplex, ſ. itate, modulatiōe & deo plena. Ex abūdātia em cordis os loquit: ait ps Matth. xij. Linguā vero serpentinā ſ. tutā: fallacēq; fuisse nō ignorabat cū se iā sciret deceptū. Demū p; sciētia teste loquēdo cū dñō mēciri & suū ifamare autorē: sicut ille serpēs fecerat se videbat. Ge. iij. & sic pīs falsam locutionē se similē serpēti ostēdit. Quantū ad sextū attēde q; distinxerat dñs cibum hois a pabulo bruti sīē eor; specificū ē. Arbor em fructū homini fœnum parauerat iumētis, sic erāt vtriusq; mensę diuisę. At vbi ad vitiū est deuētū ad brutorū mēsam iuratus est hō atq; locat⁹ cū dictū fuit p veritatē ęternā, comedes herbas, terrę, Gen. iij. Quātum ad septimum scias q; sicut sequestrauerat dñs mensas: ita & inhabitationes cōstituerat diuersas. Locus em hois erat fuisse tq; in euū terrestris paradisus in q; creatū deus posuit ipm & ps reliq habitabilis terrę cęteris aialibus erat concessa. Illa erat ciuitas, ista rus. illa paradisus, rēplū securū. ista ſ. o dęmonū silua plena timoris. Cū igit cōsummata puaricatio foret: ol im cœlestis ad villā mittit: ad ouile pecus: seru⁹ dęmonis ad dñm suū: atq; ad portā padisi: ne sit facil is spes redeundi cherubin custos collocat cū ſ. fatili gladio. Quo ad octauū. O q; clare sensit se in brutū mutatū, nisi ratio in totum fuisset amissa: qū est sep arat⁹ a dño eū primo sub angelis eius exiterat comes & nunc est dat⁹ bestijs in socium: cū sci ret sibi bn cū sibi b⁹ cōuenire & loca ꝓportionari locatis tum nō solū ſm quantitatē: sed etiā ſm dignitatē. Quātum ad nonū. Cōsidera q; hō primus vitæ immortalis aūdi erat hanc, pmiserat dns nō peccanti. & sub dulcedine hui⁹ tra didit serpēs pomū gustādum dicēs. Nequaq; morieminī: sed eritis sicut dij. Gen. iij. q; s ille non ignorabat esse alienos a morte. sciebat em bruta cuncta mortalia fore. Quis dubitet proinde se sentit esse mortalē cū absq; dī se in medio ligni padisi: qd vocabat lignū vitę. Ne aūt potuisset credere falsum esse illud iudicū mortis qd menti erat impressum: summa veritas dixit eidē Gen. iij. Donec reuertaris in terrā de qua sumptus es: qa terra es & in terram ibis.

Vltimo tādē ne a mēte periret q; bestijs similis esset pelle indutus est bestiali. Primo nāq; erat vestit⁹ sua nobilissima cure innocētiæ: cumq; se aut sodalē aspiceret hoiem intuebat: qa hō erat quem videbat. Modo aūt oculis eius insipientib⁹ se & generis sui obiicit pellis brutor; aut lana p; nō nisi qa sil is fact⁹ ē illis. Cult⁹ em exterior mariē ordinat a deo vt interiorē hoiem pādat. Pene vnicū si gnū remāsit. q; nō se total r cōuersum in brutū estimaret. s. q; corp⁹ eius remansit rectū. Nā dicit Ouid. Pronaq; cum spectet animalia cętera terrā: Os hoī sublime dedit cœlumq; videre iussit: & erectos ad sidera tollere vultus. Abi etiam post vestigia gregū: p; siderando opera fact or; q; aliq; essecti sunt brutales p casus vitior; varios. & noli altū sapere sed time ait apl's, vt pater i adā & alijs. Ecce vidisti quomodo gregum vestigia sequi iuberis: sed atq; gradiaris post bestialium hominū dorsa ne capiaris p prava exēpla: tertię qōnis solutionē expecta. Demū quantū ad tertiū q; rebat quis sit locus colēdus. i. vbi debeat qs habitare ad pascendum. Rūdetur a spūsto q; iuxta tabernacula pastorū: dū dicitur, pasce hędos tuos iuxta tabernacula pastorū. Pro horum declaratione plenior tria sūt videnda.

¶ Primo qui pastores hic dicuntur.
¶ Secundo quę per tabernacula exprimuntur.
¶ Tertio qualiter hędi hic pascuntur.

Quātū ad primū ex dictis in p̄cedenti, §. facile ꝫ declarat. Nā si greges dicunt hoies post pēm: illi sunt recte pastores vocati: qb⁹ cura tradita est gnis humani: & ossū pastorale exercuerūt. Et illi qdē præfari q; p ostium. ſ. debite electionis nō irrauerunt ad officium pastorale cuiuscūq; plature: sed ascēderūt aliūde. ſ. p ambitionē: intrusionē: timonia & hmōi. hi sunt fures & latrones nō pastores: vt Iaso. Cayphas. Simō mag⁹ & hmōi. q; vo itrauerūt p ostiū canonice assumpti: & videtes lupū venīētē. ſ. diabolū rēctāre vel tyrānū subditos deprędantē vel hereticū aut publicū pētōrē doctrina falsa & pniciosis exēplis incedentē ad ritū & nō clamāt: nō fugāt. nō sequunt reprehensionib⁹ cōsuris & alijs modis cū pnt sed fugiunt tācēdo. hi mercēnarij sunt q; res de quib⁹ fuis lana & lac: & nō salutē earum. qb⁹ ꝓuenīūt q; dicit dns Ezech. xxxiij. Ve pastorib⁹ israel qui pascebant semetipsos nōne greges a pastorib⁹ pascūtur. Lac comedebatis & latinis cooperiebamini: qd crassum erat occidebatis gregē aūt meū non pascebatis. & cetera q; ibi sequūt. Ad qd ēt facit qd ait Hiero. ad Heliod. ij. n. q. vij. nō oēs. Nō oēs ep̄i. ſ. noie sunt ep̄i sed re & ope. Attende petrū iudā ꝓsidera: stephanū suspice: al's suscipe. Nicolaū respice: nō facit ecclesiastica dignitas; xp̄ianum. Cornelius cęturio adhuc ethnic⁹ dono spūssi mūdat: præ byteros puer daniel iudicat. Nō est facile stare in loco petri & paueri. ſ. renere loeū iam cū xp̄o regnantiū. Infatuatū sal ad nihilū, pdest nisi vl foras proiciat & a porcis cōculcet. Hęc ille. Qui aūt ponūt aiam suā, p ouib⁹ suis: hi sunt veri & boni pastores: qbus dicit prim⁹ pastor petr⁹. Pascite eum q; in vobis est gregē: nō q; si dnantes in clero: sed forma facti gregis ex animo. Memineris fibra dño dictum. Pasce q; sunt oues meas. Ioh. vlti. Nō dixit tōde vel mulge: qd facunt quę rētes honores & diuitias: nō solicitis de aialibus sed decimis & oblationib⁹ & tpalibus habēdis: sed dixit pasce tpali cibo si pores. Nā gloria ep̄i est pauper; opib⁹ p uidere. i. necessitatib⁹. xij. q. ij. glia. Pasce doctrina & exemplo. Iuxta igit pastorum nō furū vel mercēnariorum mebernacula iubet aia pascere hedos suos. Sed m extat videdum quę sint ista tabernacula. Gen. iij. Iahel fuit pater habitantium in tentoriis atq; pastorum. Ex quibus vet bis colligit

bis colligitur q; ipse Iahel fuit primus qui tabernaculū seu tentoriū fixit pastor;. Pro eodē sumit hic tentoriū & tabernaculū. Interpretat em Iahel scientia seu principium: & hic pater habitantiū in tabernaculis. Sciētia em sanctor; pastorū vocat tabernaculū eorū. hic ergo pascēdi sūt hędi aiæ. ſ. iuxta scientiā sanctor;. regendæ em sunt passiones & affectiones. & si forte nō valeam⁹ p tantā ꝓfectionē quātā ipsi habuerūt: & ipsor; tabernacula introire: saltē stemus iuxta: & eor; scientia sit nobis via & doctrina. Sic em iustū deduxit dns p vias rectas. & ostēdit illi regnū dei: & dedit illi scientiā sanctor;. Sūt aūt scientiæ sanctorū: Abel innocētia cōseruata: Enoch orationis sublimitas: noe ꝓfidētia roborata: abraę visionis integritas. Loth ꝓstantia p̄seruata: isaac tolerationis animo sitas et fic discurre p alios exēpla sctor; vtriusq; testamēti. & iuxta horū tabernacula. i. scientiā pasce hędos tuos.

Qui sūt hędi &cędo: qā principaliter valer ad edēdū. cui⁹ carnes sunt delevnde dī stabiles satis rēperare ꝓplexiōis necnō & bonę digestiōis in hędus. firmis ꝓcessæ. Et si nō occidat hęd⁹ crescit i fetidū hircū: cui⁹ carnes infirmis sunt nociuę: sanis ifestæ. Per hędos ergo accipim⁹ filios passionū aiæ post naturā corruptā imitātes & lasciuientes dissolutæ & flebiles voces. Vbi notādū q; si natura humana nō fuisset p culpā corrupta: vir vn⁹ q; dī liberarbitriū ex trib⁹ vxoribus. ſ. rōnabili: irascibili: & ꝓcupiscibili: filios, pcreasset: filios vtiq; honoris & honestatis. At vbi pstitura est vxor. Prima filia. ſ. ratio q; erat glia viri. i. liberi liberorū legitimor; generat filios fornicatiōis: qs merito, propter cās dictas hędos nūcupamus. Genuisset siquidē rōnalis p liberā speculationē veritates in æternū fundatas. Genuisset ꝓcupiscibilis odiū: quo vir iust⁹ sine odio odit iniquos. Tristicia seu tædiū vitæ p̄sentis genuisset amorē ordiatum eor; q; ad deū videdū administra parāt: gaudiū boni moralis & spūalis. Genuisset irascibilis fiduciā p̄seuerādi i bono & ꝓtectionis diuinę seu spē audaciæ ad bonū. Timor est q; p maneti æculū sclī. Corrupta, pinde natura aia affectiōes ignit q; noīb⁹ ſ. turū nūcupant. ſ. spe timore amore & hmōi: sed nō sunt eius sdē naturę. Et ꝓpter hoc doctor ſ. itatis quasi capram aiam vocans: filios suos qui dicti fuissent liberi hędos appellat. Hædi sunt multi errores & falsę intelligentiæ ęs intellectus, ꝓpria speculatione & p̄sumptione formatæ & gignit. Hædi sunt odia & difficultates ſ. tutum. Hædi sunt timores, seruilis, mūdan⁹, & van⁹, carnalis, & profanus. Hædi sunt tristiciæ amissionis diuitiarū: cōsanguineor; honorum & aliorū bonor;. Isti nāq; hædi mutant naturam. Nam paruuli q; dicunt primi motus & affectiones: quæ nō sunt i nra potestate: & si occidant vtiles sunt ad esum spūalium: & nutrimentū vitę spūalis. Laudabilis est em anima quæ fortiter vincit suas passiones: & paruulos suos. idest primos motus passionū allidit ad petrā fidei & cōstantiā resistētiæ. Si vero in primo limine nō occidant: vt hędi sed crescūt: incipiūt se torę emittere qa impurant ad pēta: producūt q; cornua vt hirci: efficiunt fortes. & tandē impugnantes hoies superant. Sanimæ vires: qa assueta aia passionib⁹ vinci passiones negat vincere & merito: qa vsus ꝓuertit in natura. Ecce quō hędi facti sūt hirci: & qa noluisti hędū occidere. i. primis motib⁹ resistere: hircū habes peccatorum te cornibus ventilantem. Verū si anima tua facta est hircus caprarū: potes etiam eam per pœnitētiā magnam & obedientiā humilē deo sacrificare qui, ppter hoc hircū p peccatis sibi iussit offerri. Isti sunt hędi vagi & nimiū dissoluti. Nempe motus primi opinionum falsarū cōstituunt intelligētiam vagam vt hinc inde discurrat: qa legere tentat in sapientia sua: & sic ifirmam ad omnem scripturam se ponit & nihil acquirit: qa languētis stomachi est plurima degustare: & in nullo delectari. vt ait Sen. Sisr & cæteri hædi passionum irascibilis & concupiscibilis instabilem reddūt naturam humanā vnde est in cōmotionibus tota. Hic em quærit diuitias per inordinatum amorem concupiscibilis. ali⁹ delitias, alter honores. & p ira scibilem quęrit vnus vindictas & hmōi Iam attēde ad præ dictarū passionū quæ hædi dicūt vocem seu balatum. Vox vniq; agni est be. vox hædi est me. Prima vox est laudantis: sed sed a quæ sua sunt quærētis. qa nescit nisi se me, dicēs & est vox perturbantis: qa me, sic prolatū aduerbiū videt do-

lentis. Homo enim cum lamentat in lingua vulgari dicit o me vel oime. oīs hic homo q; sūt sua q;rit: non quæ iesu xp̄i. Isti igitur hædi pascēdi sunt iuxta tabernacula pastorum. i. motus passionū dirigendi sunt ſm scientiam & doctrinam sanctorum prelatorū qui sunt veri pastores: & per ista media segrediendo a præsumptione: & progrediendo in humiliatione cum itur per vestigia gregū dirigendo & corrigendo affectus suos in sanctorum mutationem: anima cognoscit pulchritudinem & nobilitatem suam: & hoc cum nouit aīa noīa paruipēdit terrena: & ad perfectionē sui tendit quousq; in deo in gloria requiescat. Hæc omnia sūt extracta ex ipso itinerarij libro Iohan. dominici. abbreuiata tamē & aliquātulum aliquando immutata.

scēs seip sam par uipēdit terrena.

¶ De beneficijs animæ collatis quo ad scientias artes & virtutes. Capitulum. III.

BENEDIC ANIMA MEA DOmino: & noli obliuisci omnes retributiones ei⁹. pē. cij. Retributiōes dei sunt beneficia: vel quantum ad infusionē: vel quātū ad naturalē inclinationem vel quantū ad acquisitionē: quæ cōtulit nobis ꝓtra mala quæ incurrim⁹, ppter pēm. de quib⁹ malis ait ipse pē. Fiant viæ illorū tenebræ & lubricū & angelus dñi persequēs eos. Quod exponit Vin. in. j. lib. ipsius speculi historialis de malis securis in homine per pēm: ponens consequenter remedia & magna bona data a deo contra dicta mala. Dederat deus hoi primo in sui creatione tria bona sibi originaliter inserta. Primū q; fecit eum ad suam imaginem. Scd'm q; fecit eū ad suā similitudinem. Tertiū q; dederat corporis immortalitatem: si mandatū seruaret. Hęc tria bona corrupta sunt per tria mala sequentia. Nam diuina imago corrupta est p ignorantiā: similitudo diuina p concupiscentiam: immortalitas p corporis miseriā & infirmitatē. Homine nāq; recedente a deo p peccatum. iuxta illud pē. Facta est via eius tenebræ per ignorantiam. & lubricū p cōcupiscētiam. & angelus dñi. idest defectus & infirmitas corporis ad vindictā immissa p̄sequens eū p mortalitatem donec reuertat in terram de qua sumptus est. Per angelū enim dñi fuit data sniavt a ministro dei vt expelleret de paradiso. Et propter hæc tria incommoda repellenda: data sunt ei diuinitus tria remedia. ſ. sapiētia ꝫ ignorantiā. virtus ꝫ cōcupiscētiam. necessitas vitæ, ppter infirmitatē, ppter q; tria inuenta est ois philosophia vel artis disciplina. ſ. pp sapientiā theorica, ppvirtutē practica. pp necessitatē mechanica. & de his omnib⁹ rectius & veracius & honestius differantur inuenta est logica.

Tria bona dedit deus homini pēm, mia erant & plena fatuitatibus & errorib⁹: vt, pbat ibidē Aug. sed vera hæc theologia plenissime habet i biblia a spū sctō reuelata, ideo verissima. Etiā de his agit in li. sen. Nā in prio de diuinis: vt de trinitate p̄sonarū vnitate essentiæ & p fectionib⁹ eius, vt æternitate: oīpotentia, sapiētia, volūtate & hmōi. In scd'o de creatione angelorū & lapsu aliquorum & cōfirmatione bonorū cū pfectione. De creatiōe hois & lapsu eius: & pēto originali ide secuto. De opere sex primorū dierū. De gra & libero arbitrio. De pēto actuali breuissime tn. In tertio de mysterio icarnatiōis: de ꝫ tutib⁹ theologicis: de dōis & ꝫ tutib⁹ cardinalib⁹ multū breuiter, deinde agit de

§. I. THEORICA DIVIDITVR IN

theologiā, physicā. & mathematicā. Theologia tractat de inuisibilib⁹ essentijs iuisibiliū. vt de deo & creaturis spūalib⁹ vt āgelis. Ro. j. Inuisibilia dei p ea q; facta sūt a creatura mūdi intellecta ꝓspiciunt: sēpiterna q; ꝫ tus ei⁹ & diuinitas. Opus aūt factū est duplex. ſ. cōditionis vt creatio mūdi. & restaurationis. i. icarnationis verbi cū sacris institutis vt cognoscat fidē esse creator & redēptor. De diuinis prinēribus ad theologiā dixerūt aliq; antiq philosophi & sibyllę. & Aristo. ꝓclus it suam metaphysicā in, pbandovnū deū gubernatorē mūdi. Plato multa dixit de deo. Marcus vero gentilis posuit triplicē theologiā: vt refert Aug. i fi. vj. li. de ciui. dei. ſ. theatricā seu fabulosam ij. ſ. recitabant & rep̄sentabant p mimos facta deor; i theatris cū mīris turpitudinib⁹. Ciuilē qua. ſ. colebant dij & inumeri in tēplis: q; tū hoies fuerant vel aliquæ aliæ creaturæ. Et naturalē qua. ſ. ea q; dicebant de dijs exponebātur de rebus naturalibus & ꝓprietatibus earū. sed oīa mixta erant & plena fatuitatibus & errorib⁹: vt, pbat ibidē Aug. sed vera hæc theologia plenissime habet i biblia a spū sctō reuelata, ideo verissima. Etiā de his agit in li. sen. Nā in prio de diuinis: vt de trinitate p̄sonarū vnitate essentiæ & p fectionib⁹ eius, vt æternitate: oīpotentia, sapiētia, volūtate & hmōi. In scd'o de creatione angelorū & lapsu aliquorum & cōfirmatione bonorū cū pfectione. De creatiōe hois & lapsu eius: & pēto originali ide secuto. De opere sex primorū dierū. De gra & libero arbitrio. De pēto actuali breuissime tn. In tertio de mysterio icarnatiōis: de ꝫ tutib⁹ theologicis: de dōis & ꝫ tutib⁹ cardinalib⁹ multū breuiter, deinde agit de

Speculatiua vl theorica diuiditur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

decē pceptis. In quarto de sacris: demum de finali iudicio & vltima resurrectiōe: & gloria beatorū & pœna reproborū. Sup hoc li. E. sen. sunt facta scripta innumera a doctoribus. huic videt subalternari sciētia iuris canonici pcipue quātū ad ea q̄ sunt fidei & sacra & declaratio articulorū & dubiorū.

Physica quid tractat. Physica. i. naturalis sciētia tractat de inuisibilibus visibiliū causis. Nā corpus & ea q̄ sūt corporis principaliter considerat. Corpus aūt considerat in gnali cū partibus suis: aut i specia li. Si in generali sic determinat de illo Aristo. in li. Physic. Si in spāli considerat corpus: & tunc dupliciter: qa aut est incorruptibile: & sic tractat Aristo. de illo in li. de cœlo & mūdo. Dicit em ibi q̄ cœlū est corpus nō generatū: nec fabricatū: nec recipiens aliquas impressiones. Aut corpus est corruptibile: & rūe aut est simplex aut cōpositū. Si simplex: tunc tractat de eo Aristo. in lib. de generatione & corruptione. Et loquor de simplicitate illa q̄ opponit cōpositioni naturali ex quatuor elemētis. Si cōpositū: aut igit est animatū aut nō Si non est animatum sic tractat de eo in libro Meteororum. vbi Aristo. determinat de impressionibus aeris: & grādinis generatione: & niuis & corporū mineraliū & consimiliū. Si vero corpus sit cōpositū animatū: tūc aut illud est aīa vegetatiua aiatū. & de tali determinat in li. de vegetabilib⁹. Aut aīa sensitiua. & de tali agitur in li. de aialibus. Aut aīa intellectiua & de eo agit in li. de aīa. Cæteri vero libri: vt de somno & vigilia: de morte & vita: de sensu & sensato: de differentia spūs & animæ &c. supponuntur libr. de anima. & libr. de aialibus. Huic subalternat seu ad eā. s. naturalē philosophiā reducit ars medicinæ. Mathematica vero quātitatē abstrac ā

Mathematica. a materia considerat. & sic tractat de inuisibilibus inuisibiliū formis. Quātitatū aūt alia discreta q̄ multitudo dr̄: alia q̄d cōtinua q̄ magnitudo dr̄. Et discrete. alia q̄dem discreta p se: vt duo, tria, quatuor. & hæc est materia arithmeticę. Alia discreta ad alterū: vt sexquater, & sexquitertiū. & hæc est materia musicę. Magnitudo⁹ alia est immobilis: vt sphera terę & hæc est materia geometriæ. Alia est materia mobilis: vt sphera firmamenti. & hæc est materia astronomiæ. Hæc igit sunt quatuor species mathematicæ. s. Arithmetica de numeris. Musica de pportione: Geometria de spatio: Astronomia de motu. Elementū arithmeticæ est vnitas: musicę est vnisonum: geometriæ punctum: astronomiæ instans.

§. II. PRACTICA QVE DICI,

FRVI EST SECVNDVS actus.elicitus a voluntate. Vbi notādum :ſm beatū Tho .j.ŋ.q.xj. ꝙ visio dei :inquantū est visio est actꝰ intellectus. Inquantū autē est bonū & finis: est voluntatis obiectū:& hoc modo est eius fruitio. Et sic hunc finē consequitur intellectus vt potentia attingens. Voluntas tanq̄ potētia mouens ad finem:& fruens fine iā adepto. Item nota ſm Tho.vbi.ē. ꝙ in delectatione quā i portat fruitio duo sunt:scilicet perceptio conuenientis:q̄ pertinet ad appręhensiuā potentiam : & cōplacentia eius quod offertur vt conueniens: & hoc pertinet ad appetitiuam:in qua ratio delectationis perficitur. Pro quorū declaratione:dicit beatus Tho.in.j.sen.dist.j.vbi diffuse tractatur ista materia etiam in textu: ꝙ fruitio cōsistit:i optima operatione hominis:cū fruitio sit vltima fœlicitas hominis. Fœlicitas autem non est in habitu: sed in operatione ſm philosophū. Optima autem operatio hominis:est operatio intellectus ad nobilissimum obiectum:quod est deus. Vnde ipsa visio diuinitatis ponitur tota substantia nostræ beatitudinis.iuxta illud Io.xvij. Hæc est vita eterna:vt cognoscant te &c. Ex ipsa autem visione:cum ipm visum non videatur per similitudinem sed per essentiam efficitur quodāmodo intra vidētem :& ita est comprehēsio:quæ succedit spei: consequens visionem quæ succedit fidei:sicut& spes quodāmodo generatur ex fide. Et ex hoc ꝙ ipsum visum receptum est intra videntē vnit sibi ipm videntem:vt fiat quædā mutua penetratio per amorē. Sicut dicitur.j.Ioā.iiij. Qui manet in charitate:in deo manet &c. Ad vnionem autem maxime conuenientis: sequitur summa delectatio. Et in hoc ꝑficitur nostra fœlicitas:quā nominat fruitio. Ex parte sui cōplementi magis:q̄ ex parte principiꝰ:cum includat in se quandam delectationē. Et ideo ipsa fruitio est actus voluntatis & ſm habitum charitatis:q̄uis ſm ordinem ad habitus & potētias præcedentes. Q̄uis enim concurrāt ad fruitionē prædicta tria.ſ. visio:ꝓprehensio.& amatio: perficitur tamē ipsa i amore. Et aliæ quidē virtutes cōiūgunt nos deo: per modū meriti & dispositionis:charitas per modum perfectæ vnionis Dant aūt diuersæ diffinitiones eius: sc̄m diuersos respectus. Et prima est:ꝙ frui:est amore ihærere rei propter se. Hæc datur per ꝓparationē ad obiectū & habitū :elicientē actuū. Alia est Augu.dicentis. Fruimur cognitis:in quibus voluntas delectata conquiescit. Hæc datur per cōparationē:ad potentiā cui⁹ est actus:sc̄m ordinē ad potentiā ꝓcedentē.ſ.cognitionē quæ pertinet ad intellectum. Tertia est:ꝙ frui est cum gaudio vti:nō spei sed rei iā habitę Hęc datur per cōparationē cōsequentē actū inquātū est perfectū.ſ.gaudiū de re habita. Nec est ineōueniēs:ꝙ de vna re dentur plures diffinitiones:sc̄m diuersas cās vel ꝓprietates. Quando aūt exprimeret totū esse rei sc̄m oēs causas eius:tūc diffinitiones predictæ:nō essent nisi vna.

§.I. QVO FRVENDVM SIT.

Ad qđ dicendum:sc̄m beatū Tho.(vbi.ē.)ꝙ frui aliq̄ dicitur tripliciter. Vno mō:sicut obiecto. Et hoc modo : solo deo fruendum est. Et sic dicit Augu.ꝙ fruendum est solum illis rebus quæ nos beatos faciūt .ſ. personis diuinis ꝑe& filio:& spiritusancto:ga ad bonitatē ipsius dei ordinatur tota bonitas vniuersi: sicut bonitas rei⁹ exercitus: ad bonū ducis. Secundo modo:sicut habitu elicīte actū fruitionis. Et hoc modo :beatitudine creata & charitate: fruēdum est. Deus enim facit beatos effectiue: dando seipsum & causando ipsam beatitudinē. Beatitudo autē creata:formaliter facit beatū sicut albedo facit album. Tertio modo fruimur aliquo:sicut instrumento fruitiōis:& hoc modo fruimur potentia cuius fruitio est actus. Quia vero humanitas christi non est finis vltimus:ideo in visione ei⁹ nō est proprie fruitio : sed q̄ddā accidērale gaudiū & non substantialis beatitudo. Homine aūt quocūq; sancto:nō est fruendum simpliciter:sed i deo. Iuxta illud :qđ ait apls ad Philemonem. Ego te fruar in dño. Vbi aūt homine in deo frueris:magis deo ꝙ homine frueris. Et sic sc̄ūdū beatū Tho.ibi obiectū fruitionis est deus. cōrēpsentans ipsum obiectū per similitudinē grīe:in qua inhabitat deus. Peccatore aūt:nō est fruēdū in deo:quia nō est in eo gratia:quæ facit deū inhabitare:quæ quidē est exēplar expressum:ipsius summæ bonitatis qua fruendū est. Et multo minus:creatura irrationali fruendū est. Nō em sufficit ad hoc simili tudo imaginis vel vestigij:sed requirit similitudo gratiæ. Tribus aūt psonis diuinis: est vna fruitiōe fruēdū. Huiꝰ rō ē duplex:sc̄m beatū Tho.vbi .ē. Prima est ex parte essentię. Obiectū em fruitionis est :summa bonitas. Vnde fruitio respicit vnāq; ūaꝝ psonā prout ē summū bonū. Vnde cū eadē numero sit bonitas triū personarū:eadē erit & fruitio. Alia ꝙo sumit ex parte ꝓprietatū. Sicut em dicit phs:qui cognoscit vnū relatiuoꝝ. cognoscit &reliquū. Et sic cū tota fruitio originet ex visione(vt dictū est)qui fruiturvno relatiuoꝝ inquantū huiusmodi fruitur & reliquo.prima ratio melior.

Frui aliquo tripliciter dicitur. Quō fruēdū sit rebꝰ.

Triū ꝑsonarū vna est fruitio.

§.II. QVORVM SIT FRVITIO.

Respōdeo:sc̄m beatū Tho.vbi.ē. Fruitio : ponit⁹ quādā delectationē in fine. Delectatio aūt nō pōt ee:nisi i cognoscente. Et ideo cū creaturæ insensibiles nō cognoscāt:nō delectātur nec fruunt. Q̄uis tamē ome desiderium sequatur cognitionem desiderium tamē creaturæ insensibilis: qđ est eius inclinatio naturalis : non sequitur cognitionē in ipsa existētē:sc̄m cognitionē primi motoris. Itē fruitio ꝓprie loquēdo est tātū vltimi finis: bruta aūt vltimū finē non apprēhendunt : nec finē proximū pōt ordinare ad finem vltimū:cum careant ratione cuius est ordinare. vndenō proprie fruunt. Similiter peccator ponit vltimū finem suū in eo in quo nō est. Vnde cum verū finē nō habeat:nō fruitur vere :q̄uis enim talis aliquādo faciat aliquid ꝓpter deū:tamen qa aliquid diligit habitualiter supra deum:ersi non actu semper:ideo non fruitur deo : sed illo ad qđ omnia ordinat:pecuniā videlicet gloriā venerēam delectationem:& hmōi. Vlterius fruitio dicit delectationem in fine. Vnde perfecta fruitio nō est :nisi perfecta delectatio:quæ esse nō potest:ante consecutionē finis. Vnde iustus homo in mūdo:nō perfecte fruitur :sed sancti in patria vere & proprie & perfecte fruuntur. Magister in.ŋ.sen.dist.j. Fecit deus rationalē creaturam: vt summū bonū intelligeret:intelligendo amaret : amando possideret:possidēdo frueretur. Deus autem perfectissime seipso fruitur. vñ Greg. dicit:ꝙ deus gloriosus est : quia dum se ipso fruitur:accedentis laudis indigens non est.

Fruitio est ꝑfecta delectatio.

¶ De intētione:quæ est tertius actus volūtatis. Cap.vj.

DE INTENTIONE QVAE est tertius actus elicitus a volūtate. Hanc christus vocat oculum:dicens Lu.xj. & Mat.vj. Si oculus tuus fuerit simplex id est intentio recta: totum corpus tuum id est opus inde sequens:lucidum erit. Q̄uis autem oculus sit instrumentū visiuæ potentiæ:quæ est apprehensiua potentia:nō tamen intentio est actus intellectus: sed volūtatis. Dicit aūt oculus intentio: quia cognitionē presupponit:ꝙ quā ꝓponit volūtati finis ad quē mouet: sicut oculo præuidemus:quo rēdere debeamus. Quod autem intentio sit actus volūtatis:hea. Tho .j.ŋ.q.xij.arti.j. volūtas declarat. Intentio (sicut ipsum nomen sonat)signat in

Intētio est actꝰ volūtatis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

aliquid tendere. In aliquid autem tendit: & actio mouẽtis & motus mobilis. Sed ꝙ motus mobilis in aligd tendat: ab actione mouẽtis procedit. Vnde intentio: primo & principaliter pertinet ad id: qđ mouet ad finẽ. Vnde dicimus: architectorẽ suo imperio mouere ad id: quod ipse intẽdit. Et idẽ est in omni præcipiẽte aliquid. Voluntas aũt est: ꝙ mouet oĩa alias vires animæ: ad finẽ. Et sic patet: ꝙ intẽtio est actus volũtatis propriæ. Est autem proprie & principaliter intendere: ſm Tho. ı.ıı.q.xıı. arti.iiı. Intẽdere finẽ prout. ſ. ordinat motũ alicuius vel alterius in finẽ. Ordinare aũt aliquid in finẽ: est actꝰ rationis tantũ: & qa bruta ratione carẽt: ideo nõ proprie dicunt intendere: seu habere intentionem. Sed large sumendo intendere: ſcđm id qđ mouetur ad finem ab alio: dr intẽdere finẽ: sicut natura dr intẽdere finem: quasi mota ad ſuũ finem a deo: sicut sagitta a sagittante: & sic bruta intendũt finem: inquantũ mouenr instinctu quodã naturali ad aliquid. Non ꝙ cõsiderent: ꝙ per motũ suũ possint cõsequi finem: qđ est ꝓprie intẽdentis: sed quasi cõcupiscẽtes finem: naturali instinctu mouenr ad finẽ: quasi ab alio mota: sicut &cętera: quæ naturaliter mouenr. Intentio aũt non solum est vltimi finis: sed & aliorum finium. Cum em̃ vltimus finis humanarũ voluntarũ sit beatitudo: & per consequens vnus finis. Si intentio esset tantũ vltimi finis: nõ essent diuersę hominũ intẽtiones: qđ patet esse falsum. Pro cuius declaratione: dicit bea. Tho. ı.ıı.q.xıı.arti.ıı. ꝙ intentio respicit finem: ſcđm ꝙ est terminus motus: respectu volũtatis. In motu autẽ: potest accipi terminus dupliciter. Vno modo terminus vltimus: in quo quiescit: qui est terminus totiꝰ motus. Alio modo: mediũ qđ est principium vnius ptis motus: & terminus vel finis alterius: sicut motus de quo itur de a, in c, per b, c, est terminꝰ vltimus b, autẽ est terminus. sed nõ vltimus: & vtriusq; potest esse intẽtio. Vñ etsi intẽtio semper sit finis: nõ tamen oportet: ꝙ semp sit vltimus finis. Intentio etiã potest esse pluriũ simul. Quod sic declarat bea. Tho. vbi. ŝ. ar. iıı. Aliqua duo possunt accipi dupliciter: vel ordinata adinuicẽ: vel adinuicem non ordinata. Et siquidẽ fuerint adinuicem ordinata: manifestum est: homo potest simul plura intendere. Est em̃ intentio: non solũ finis vltimi: sed etiam finis medij vt dictum e.i. Simul autẽ intẽdit aliquis in finem vltimũ & proximũ: sicut ꝙ fectionem medicinæ. Si autẽ accipiantur duo: vt nõ ordinata adinuicẽ: sic etiã potest homo plura intẽdere: quod patet ex hoc ꝙ homo vnũ alteri prælegit: qđ melius est. Inter alias aũt conditiones: quibus vnum aliquid melius est altero: qa valet ad plura. Vnde potest alicd prælegi alteri: ex eo ꝙ valet ad plura. & sic patet manifeste: ꝙ homo plura intẽdit. Quod aũt Aug. dicit: ꝙ homo non potest simul deũ & corporale cõmodum intendere: intelligitur vt vltimos fines: qa nõ possunt esse hominis plures vltimi fines. Intentio finis & voluntas eius qđ est ad finẽ: aliquo modo est vnus & idẽ motus: aliquo modo non. Quod sic declarat bea. Tho. vbi. ŝ. arti. iıı. Motꝰ voluntatis in finem: & in id quod ad finẽ: potest considerari dupliciter. Vno modo: ſcđm ꝙ volũtas fertur in vtrũq; absolute & ſm se: & sic simpliciter: sunt duo motus volũtatis in vtrũq;. Alio modo pt̃ ꝓsiderari: ſcđm ꝙ voluntas fertur in id: quod est ad finẽ: propter finem: Et sic vnus & idẽ subiecto motus volũtatis: est tendẽs in finẽ: & in id quod est ad finem. Cum em̃ dico: volo medicinã propter sanitatem: nõ designo nisi vnum motũ volũtatis. Cuiꝰ ratio est: qa finis est ratio volẽdi ea: quæ sunt ad finem. Idẽ aũt actus cadit super obiectũ: & super rationem obiecti: sicut eadẽ est visio coloris & luminis. Et simile est de itellectu qui si absolute cõsideret principiũ & cõclusionem: diuersa erit cõsideratio vtriusq;. In hoc autẽ: ꝙ cõclusioni propter principia assentit: est vnus actus intellectus tantum. In hoc aũt differt ab electione: qa inquantum motus volũtatis fertur in id: quod est ad finẽ: prout ordinatur in finem: est electio. Motus autem voluntatis qui fertur ad finem prout acquiritur per ea: quæ sunt ad finẽ vocatur intentio. Cuius signũ est: ꝙ intẽtio finis esse potest: etiã nõdum determinatis his: quæ sunt ad finẽ quoꝝ est electio.

Intẽtio nõ solũ est vltimi finis: sed & aliorum

Intẽdere deũ & corporale cõmodũ hõ non potest quo hoc itelligit.

§.I. DE INTENTIONE LOQVI

tur Pũ. cxviıı. docẽs nos suo exemplo: ea rectificare dicẽs Inclinauit cor meum: ad faciendas iustificationes tuas in ęternum: propter retributionem. Intẽtio siquidem (vt ait Ambr̃) operi tuo nomẽ imponit. Nam cuiꝰ finis bonꝰ est: eius quoq; opus bonũ est: & ecõtrario ſcđm pt̃m. Vnde saluator ait Lu. xı. Si oculus tuus fuerit simplex: totũ corpus tuum lucidum erit. Oculus: intentio dicitur qui respicit finem seu ea: quæ sunt ad finẽ respectu finis. Simplex autem dicitur: cum solum intendit vltimum finẽ: sine duplicitate vel alia mixtura: & tũc totũ corpus, i. congeries operũ inde sequentiũ: lucidum est. i. gratiosum. Quatuor autem requirunr ad hoc: vt oculus sit simplex & rectus. i. intentio: quæ notanr in prædicto versu Pũ.

¶ Et primũ est: ꝙ ipsa intentio sit separata ab arrogatione. ibi. Inclinaui cor meum.

¶ Secundũ est: ꝙ sit sequestrata a deceptione. ibi. ad faciẽdas iustificationes tuas.

¶ Tertium: ꝙ sit immaculata sine mortali infectione. ibi in æternum.

¶ Quartum: ꝙ sit determinata i pfecta fœlicitatione ibi. propter retributionem.

Primo ergo debet intentio: ad hoc vt sit recta: esse separata ab arrogãtia: vt. ſ. cũis quis operetur opera de genere bonorum: propter gloriam ꝓsequendam: nõ hoc intendat tãq; deus debeat sibi retribuere ipsam gloriã: ex debito necessitatis seu ex cõdigno, quia (vt ait apls ad Roma. viıı.) Non sunt cõdignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam: quæ reuelabitur in nobis nec etiam: quæ cumq; actiones. Et ratio huius est: quia sicut creatura est virtutis finitæ: ita & meritum operis eius: gloria autẽ dei est præmium infinitum. Finitum autem non potest ꝙ se attingere ad infinitum. Debet ergo quilibet intendere & credere: ꝙ principaliter deus ex sua largitate dabit gloriam benefaciẽti. Iuxta illud ad Roma. vı. cap. Gratia dei: vita æterna scilicet habetur. Gratia autẽ gratis datur. Hoc aũt notat Pũ. cũ ait. Inclinaui cor meũ. i. humiliaui: expectans retributionẽ a dño: non ex operibus iustitię per me factis: sed ſcđm suã misericordiã. Debet secũdo: intẽtio esse sequestrata a deceptione: vt videlicet nõ faciat ea: q̃ de se sunt mala, ꝓter aliquẽ finem apparentẽ bonũ. Hoc em̃ esset decipere seipsum. Nam vt ait apls ad Rom. iıı. Non sunt facienda mala vt inde eueniant bona. Hinc & Greg. Qui hac intẽtione male accipit vt bene dispensẽt: grauatur potius q̃ iuuẽt. ı.q.ı. nõ est putãda. Quod sigs ꝛonus exerceret: vt hospitalia & ecclesias cõsecraret: vel etiã alie na raperet: vt pauperibus subueniret: seipsum deciperet: cũ nil mereret: sed peccatũ incurreret. Vñ & Loth g obtulit duas filias suas virgines habitatoribꝰ Sodomorum ab eis illudẽdas ne abuterenr iuuenibus: quos ad hospitium receperat. i. angelis qui in forma iuuenũ apparuerant: potius hoc qđ fecit: adscribit perturbationi eius ex horrore illiꝰ sceleris q̃ rationi. vt dis. xiiij. c. qđ ait. In quo frequẽter offendũt hoies cõmittendo diuersa peccata: vt liberẽt proximos a tribulationibꝰ vel a peccatis: ꝓpter hoc dicẽdo mẽdacia: addendo periuria vel alia mala. Sed (vt dicit Aug.) Cũ ad id venerit homo: vt saluti ꝓximi nisi peccãdo ꝓsulere nõ possit: tũ se nõ existimet habere qđ faciat. i. qđ debeat facere. xxxj. q. ı. c. faciat. Nam cõtra ordinẽ charitatis est: ſtuę saluti nocere vt alteri subueniat. Nec est cõtra hãc ſniam: ꝙ Moyses dñm rogauit: vt deleret eũ de libro suo vel populo dimitteret pcãm idolatriæ cõmissum in adoratiõe vituli. Exo. xxxij. Non em̃ sic est intelligẽdũ tãq; Moyses orauerit se priuari salute: & deleri de libro viuentiũ i gloria. Hoc em̃ irrationabile fuisset. Sed petit de moyses leri de libro dei nõ simpliciter sed quantum ad cõsolatio nes multas: quas debebat a dño recipere in præsenti: ꝓut scriptũ i libro dei erat. i. prędordinatũ: vt ex ꝗ populo illi parceretur de tanta offensa. Quod ergo dr: ꝙ ꝗcgd agant homines: intentio iudicat oẽs: intelligendũ est hoc: non de his ni quę mala sunt ſcđm se sed de bonis seu indifferẽtib. Vñ & dicit Pũ. ad hoc designandũ. Inclinaui cor meũ ad faciendas iustificationes tuas: non mala opera: sed iustificationes. i. mandata tua: quæ seruata: faciunt hominẽ iustum. Tertio: intentio debet esse immaculata. i. ꝙ ille qui facit aliquod bonũ: & propter deũ nõ habeat in se maculã peccati mortalis: quia de operibus hmõi: etsi bona intẽtione factis: retributionem a deo non haberet i superna gloria. Vnde apls dicit. ı. ad Cor. xiij. Si distribuero omes facultates meas in cibos pauperũ: & si tradidero corpus meũ ita vt ardeã. ſ. propter deũ seu propter fidẽ seruandã: martyrio me exponã: charitatem autẽ nõ habuero: nihil mihi prodest. ſ. quod ad retributionẽ æternã. Charitas autem non cõpatitur secũ maculã alicuius mortalis. Qui ergo est i aliquo pcto mortali: vt odio: luxuria: iuidia & hmõi quantacũq; supplicia sustineat pia intẽtione: scilicet propter deũ: nõ tamẽ ide recipit retributionẽ gloriæ. Sed aliqua alia bona: vt prosperitatẽ: liberatiõem a multis periculis: dispositionẽ seu mollificationẽ cordis ad pœnitentiã: aur min⁹ supplicii i alia vita. Et sic remanet illud bonũ irremuneratũ. Et ad hoc signandũ dicit Pũ. In æternũ Peccator non intendit facere iustificationes. i. mandata: in æternũ. i. semper. Sed protũc quãdo facit aliqua de genere bonorũ: vt ieiunia: eleemosynas: orationes & hmõi intẽtione retributionis & præmij. Sed quãdo cõmittit pec cata: tunc nõ inclinat cor suũ ad iustificationes dei immo ab eis recedit transgrediendo. Cum aũt quis est in gratia & charitate: habet intẽtionem semper seruandi præcepta dei. vñ Pũ. xliij. Pulchritudine tua intende. i. ex gratia q̃ est pulchritudo aiæ intentionẽ tuã dirige. Quarto intentio ad hoc vt sit recta oportet ꝙ respiciat tanq; ad vltimũ finem ad retributionem. Sed norandum ꝙ est triplex retributio a deo. ſ. temporalitatis: pœnalitatis: & æternæ fœlicitatis. De prima dr Esa. ı. Omnes sequuntur retributiones. ſ. tẽporalium. & Luce. xiiı. dicit saluator. Cũ facis prãdiũ aut cœnã: noli vocare amicos tuos: neq; fratres tuos: neq; cognatos: neq; vicinos: neq; diuites ne forte & ipsi te reinuitent: & fiat tibi retributio. ſ. alicuius cõmodi temporalis. Qui igitur inclinat cor suũ. i. proponit ad faciendum iustificationes dñi. i. ad seruandũ mandata & ad faciendũ bona: propter hãc retributionẽ: vt scilicet prospetur a deo in tẽporalibus: nõ habet rectã itentionẽ: vnde nec meretur. Sic & xps dixit quibusdã: nõ recta intẽtione eũ sequẽtibus. Quæritis me: non quia vidistis signa: sed quia manducastis ex panib⁹ meis: & saturati estis. Ioã. vı. Quidam alij: aliqua bona faciũt hac intẽtione: vt tẽporalem gloriã inde consequãtur: de quorum numero fuerũt Pharisei: de quibus christus ait. Omnia opera sua faciunt vt videãtur ab hoibus. Mat. xxiij. Sed receperunt mercedem suã: dixit ipse Mat. vı. De secta retributione. ſ. pœnalitatis. dr Esa. iıı. Ve impio in malũ. Retributio enim manuũ suarum. i. operũ fiat ei. & ad Heb. ıı. Omnis præuaricatio & inobedientia accipit iustã mercedis retributionẽ scilicet pœnæ. Qui ergo seruat mãdata hac intentione principaliter ꝓpter retributionẽ pœnæ ifernalis scilicet euitãdã nõ habet intẽtionẽ debitã nec meritorie operat. Oportet em̃ ſcđm Aug. non solũ timere deum iudicẽ & punitorẽ peccatorũ sed iustũ diligere: nõ tamen pœnã timeat sed anxietur pro gl'ia de pœni. dist. vıı. nullus. §. nõ ita. Et regula iuris dicit. Qui ex timore facit pręceptũ: & si bonũ est quod facit: non tamen bene facit. Sic etiã qui cauent se a peccatis vel bona aliqua facit: vt nõ flagellẽtur a deo & nõ alia intẽtione principaliter parũ vel nihil grati sũt deo. Sicut Achab rex Israel qui ex comminatione Heliæ humiliatus est exterius deferẽdo cilicium & ieiunando ad euadẽdũ pœnam sibi cõminatam. iıı. Regũ. xxı. De tertia retributione dicit apostolus de veris fidelibus. A domino accipietis retributionẽ. ad Col. iıı. Et hanc esse magnã: innuit sapiens dicens Eccl'i. xıı. Inuenies retributiõem magnam & hoc simpliciter: quia in huiusmodi retributione cõtinentur omnia bona iuxta illud Pũ. xviı. In custodiẽdis illis retributio multa. Et si aliquis intẽderit deo seruire & mandata eius custodire propter bona gloriæ. ſ. diuitias: honores: pacem: securitatem: sanitatem: sapientiam: gaudium & alia huiusmodi bona: quæ iustis promittuntur in vltima retributione habendo respectum ad ista principaliter, & nõ ad deum adhuc nõ esset recta intentio sed amor mercenarius: quo seruus operatur propter mercedẽ principaliter ex labore consequendam. Sed seruiendo principaliter deo bona faciendo propter ipsum consequendũ: in quo & ex quo sunt omnia prædicta bona: quo niã retribuens est dñs: vt dicitur Eccl'i. xxxv. Ifre talis habet amorẽ filialem & oculũ simplicem perfectæ intẽtiõis bene in gratia operando: & propter hanc intentionẽ semper meretur & augetur præmium eius. Sic ergo sit oculus tuus simplex: vt dicere valeas cum Psalmista. Inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes &c.

Triplex est retributio dei.

Deus quo rememdꝰ.

Loth

¶ De electione: prout est actus voluntatis. Cap. vıı.

CONSEQVENTER AGENdum de actibus voluntatis: qui sunt in comparatione eorũ quæ sunt ad finẽ respectu quorũ voluntas dicitur liberum arbitrium: eadẽ potentia realiter cũ volũtate: sed differens ratione. Horum primus dicitur electio. Quod electio sit actus voluntatis non rationis patet per philosophũ in. iıı. Ethi. qui dicit: ꝙ electio est desiderium eorum: quæ sunt in nobis. Desiderium autem est actus voluntatis. Sciendum tamen secundum beatum Tho. ı.ıı.q.xiıj.ar.ı.ꝙ electio importat in nomine suo aliquid pertinens ad rationẽ: & aliquid pertinens ad voluntatem. Dicit em̃ phs in. vı. Ethiẽ. ꝙ electio est appetitus intellectiuus vel appetitiuꝰ intellectus. Quã documẽ autem duo concurrũt: ad aliquod vnum constituendum: vnum eorum est vt formale: respectu alteriꝰ. Vnde Greg. Nicenus dicit: ꝙ electio neq; est appetitus secũdũ seipam: neq; consiliũ solũ: sed aliquid ex his cõpositũ. Sicut em̃ dicimus animal ex aia & corpore cõpositũ esse. Neq; vero corpus esse secũdũ seipm: neq; aiam solam sed vtrũq; ita electionẽ. Est aũt cõsiderãdũ in actib⁹ aiæ: ꝙ actꝰ qui est vnius potẽtię essentialiẽ vel habitꝰ: recipit formã & speciẽ a superiori potẽtia vel habitu: ſcđm ꝙ ordinat̃ iſeriꝰ a supiori. Si em̃ aliquis actũ fortitudinis exercet ꝓpter dei amorẽ: actus quidẽ ille materialiter est fortitudinis formaliter autẽ est actus charitatis. Quamuis ergo ratio: quodãmõ voluntatem præcedat & ordinet actũ eiꝰ inquãtum scilicet volũtas tendit: i obiectũ sunt ſcđm ordinẽ rationis: eo ꝙ vis apphẽsiua appetitiue suũ obiectũ repræsentet: tñ in huius substãtia: actus materialiter se habet ad ordinẽ q imponit a superiori potẽtia. Et ideo electio nõ est actus rationis: sed volũtatis. Perficitur em̃ electio in motu quodã aiæ ad bonũ quod eligit. Et cũis electio importat quãdam collationẽ qua vnũ alteri præfert. Conferre aũt licet sit rationis: tñ electio nõ est essentialiter ipsa collatio sed collatio est pręcedens: ad electionem. Electio non est brutorũ. Vñ Greg. Nicenus dicit: ꝙ irrationabilia: & pueri nõ eligunt. Ratio huius est ſcđm tm̃ Tho. vbi. ŝ. arti. ıı. ꝙ cũ electio sit pręacceptio vnius respectu alteriꝰ: necesse est ꝙ electio sit respectu pluriũ: quæ eligi possunt. Et ideo in his: quæ sunt penitus determinata ad vnũ electio non habet locũ. Est autẽ differentia inter appetituũ sensitiuũ: & intellectuũ seu volũtatẽ: qa appetitus sensitiuus est determinatus ad vnũ aliquod particulare: ſcđm ordinẽ naturę: vt ex prędictis patet: Volũtas aũt ſcđm ordinẽ quidẽ naturę: vt ex prędictis patet: Volũtas aũt ſcđm ordinẽ quidẽ naturę determinata est ad vnũ cõmune: qđ est bonũ: sed indeterminate se habet respectu pœticularium bonorum. Et ideo ꝓprie voluntatis est eligere. nõ autẽ appetitus sensitiui: qui solum est i brutis: & ideo eorum nõ est electio. Quãuis autẽ animalia appetant aliquid propter finẽ vt comedere ꝓpter viuere non tamẽ in eis est electio qa nõ ois appetitus alicuius propter finem vocat electio: sed oportet: ꝙ sit cũ quadã discretione vniꝰ ab altero. quod esse nõ potest: nisi vbi appetitus põt ferri in plura: Item ꝙ brutum aial: præaccipit vnũ potius q̃ alterũ: vt ouis vnam herbã & nõ alia absq; electione mouetur in illud. Sicut etiam ignis: absq; electione mouetur sursum, nõ deorsum. Statim em̃ quod per sensum vel imaginationẽ repręsentatur bruto aliquid: ad qđ naturaliter inclinat eius appetitus: absq; electione in illud mouetur Quod etiam appareant aliquæ mirabiles sagacitates in quibusdã animalibus: vt canibus apibus & hmõi procedit hoc inquãtum habent naturalem inclinationem & instinctum ad quosdam ordinatissimos processus vt pote a summa arte diuina ordinatos. Sicut & sagitta directe tendit ad signũ ex motione sagittantis ac si haberet rationẽ dirigentem: & propter hoc dicuntur illa animalia sagacia & prudentia & nõ quia in eis sit ratio vel electio.

Electio est actꝰ voluntaris.

Electio non est brutorũ nec puerorum.

Differt appetere & eligere.

§.I. ELECTIO EST EORVM

q̃ sunt ad finẽ. sicut voluntas ẽ finis (vt dicit philosophꝰ in. iıı. Ethiẽ humanorũ actuum & possibilis. Pro huiꝰ declaratione dicit beatus Tho. ı.ıı.q.xiıj.arti.iıı.ꝙ electio cõ sequitur sententiã seu iudicium qđ est sicut cõclusio syllogismi operatiui. Vnde illud cadit sub electione: qđ se habet vt cõclusio in syllogismo operabilium: finis autem i

Electio & cõclusio syllogismo.

ad inui opabilibus se habet vt principiū:& nō vt cōclusio:vt dicē cōpacit philosophus in.ŋ.Physi. Vnde finis inquātum hmōi: granatur. nō cadit sub electione. Sed contingit q̄ id:quod est i vna operatione vt finis.in alia operatione ordiatur ad aliqd vt ad finē. Et hoc modo sub electione cadit finis: sicut in operatione medici.sanitas se habet vt finis. Vñ hoc non cadit sub electione medici sed hoc præsupponit tāq̄ principium. Sed sanitas corporis ordinatur ad bonum communeaiæ. Vnde apud eum qui habet curam de salute animę potest sub electione cadere esse sanum vel esse infirmum Nam et apls dicit. Cū infirmor tunc fortior sum & potēs. ŋ.ad Cor.xij. Sed vltimꝰ finis nullo modo sub electiōe cadit. Sicut etiā id quod est principium in vna sciētia vel demonstratione potest esse cōclusio in altera scientia vel demonstratione sed primū principium indemōstrabile i nulla potest scientia esse cōclusio. Est etiā electio solū respectu humanoꝝ actuum.qa vt dicit pp̄s.in.iij.Ethi.Nullus eligit nisi quod estimat fieri per ipm. Qd̄ sic declarat hea. Tho.vbi.ō.arti.iij. Sicut intentio est finis: ita electio eorū:quæ sunt ad finē. Finis autē:vel est actio vel res aliqua:& cum res aliqua fuerit finis:necesse est q̄ aliqua humana actio interueniat. Vel inquantum homo facit rem illā quæ est finis:sicut medicꝰ facit sanitatē:quæ est finis illius:vnde facere sanitatem:dr̄ finis medici. Vel inquantū homo aliqua vtitur vel fruit re quę est finis:sicut auaro finis est pecunia vel possessio pecuniæ. Et eodē modo dicendū est in eo qd̄ est ad finē:qa necesse est:q̄ illud qd̄ est ad finē:vel fit actio vel res aliqua interuenīte aliqua actione:per quā facit illud quod est ad finē:vel vtitur eo et sic electio est semper humanorū actuum. Est etiam electio possibilium tantū. Vnde pp̄s dicit.iij. Ethic. Electio nō est impossibiliū. Huius ratio est ꝑm be.Tho.vbi.ō.arv.quia(vt dictū est)electiones nostrę referunt semper ad actiones nostras. Ea aūt quæ per nos aguntur sunt nobis possibilia. Vñ necesse est dicere q̄ electio non sit nisi possibilium. Sil'r ratio eligendi aliquid est vt ex hoc qd̄ ducit ad finem:possimus consequi finem. Per id autē quod est impossibile:nō potest quis consequi finē. Cuiꝰ signū est:q̄ cum in cōsiliando peruenerint hoīes ad id quod est impossibile:discedunt quasi nō valentes vlterius ꝓcedere. Voluntas igitur completa nō est nisi de possibili. Sed voluntas incōpleta quę dicitur a quibusdā velleitas:pōt esse de impossibili:qa.f.vellet illd̄ si esset possibile. Et qa electio noiat actum voluntatis:determinatū ad id quod est hinc agendum:ideo non potest eē de ipossibili. Et qd̄ Benedictus dicit in regula q̄ si prelatus aliquid præcepit impossibile a subdito est tentandum . Hoc ideo dicit quia an aliquid sit possibile vel non:subditus non debet suo iudicio diffinire:sed in vnoquoq; iudicio superioris stare. Electio autem non est ex necessitate in hoīe quia quod possibile est non esse non necesse est esse. Huius ratio : ex duplici hominis potestate accipi potest ꝑm beatum Tho. vbi.ō.arti.vj. Potest enim homo velle & non velle : pōt agere & non agere:potest agere hoc vel illd̄:et velle hoc vel illud. Cuius ratio ex ipsa virtute rationis accipitur. Quicquid enim ratio potest apprehendere vt bonum:in hoc voluntas tendere potest:potest autem ratio apprehēdere vt bonum non solum hoc quod est velle aut agere: sed etiam hoc quod est nō velle aut non agere. Et rursus i omnibus particularibus bonis:potest considerare rationem boni alicuius:et defectum alicuius boni quod habet rationem mali. Et ꝑm hoc potest vnūquodq; horum bonorum apprehendere:vt eligibile aut fugibile. Solū aūt perfectum bonum quod est beatitudo:nō potest ratio apprehendere sub ratione mali aut alicuius defectus & ideo ex necessitate homo beatitudinem vult:et non potest vel se non esse beatus:aut esse miser. Electio autem cum non sit de fine:sed de his quæ sunt ad finem(vt dictum est)nō est perfecti boni quod est beatitudo: sed aliquorum particularium bonorum:& ideo homo nō ex necessitate: sed libere eligit.

Respectu humanoꝝ actum solum est electio.

Electio solū est possibilium.

Electio non in est hoī necessaria.

§. II. CIRCA MATERIAM ELE

ctionis pōt induci illud Pſ.lxiij. Beatꝰ quem elegisti et assumpsisti inhabitabit in atrijs tuis. Signanter autem dicit in singulari. Beatus quē elegisti &c. Nā vt dicit saluator. Mat.xx. Et iterū.xxij. pauci sunt electi. Nec est contra hanc sententiā illud:qd̄ Ioannes dicit de electis. Apoc. vij. Vidi turbam magnā quā dinumerare nemo poterat: ex oībus gentib⁹ & tribubus & populis & linguis stātes ante thronū. Nā electi:& si in se præ multitudine a nobis: quasi innumerabiles sunt:respectu tñ reproborum pauci sunt. Exēpli gratia. Sextari⁹ vel saccus arenæ in se quasi innumerabilis est:respectu tamē totius arenæ maris:quid pauc̄um est. Sic & electi:respectu prauorum pauci sunt:& isti demū beati.iuxta illud:quod dictum est per Pā.lxiij. Beatus quem elegisti & assumpsisti:inhabitabit in atrijs tuis. Vbi possunt notari:tres electiones sc̄m deū.

¶Prima:est æternalis ad supernā fœlicitatem:ibi. Beatus quem elegisti.

¶Sc̄da:est rōnalis ad hūanā dignitatē:ibi.& assumpsisti

¶Tertia electio est virtualis:per nostram voluntatem: ibi inhabitabit in atrijs tuis.

Electi licet sint innumerabiles quasi ma pauc̄i sunt. Sic & electi:respectu prauorum pauci sunt:& isti demū beati.iuxta illud:quod dictum est per Pā.lxiij. Beatus quem elegisti & assumpsisti:inhabitabit in atrijs tuis. Vbi possunt notari:tres electiones sc̄m deū.

§.III.PRIMA IGITVR ELECTIO

est dei ab ęterno:qua videlicet elegit ex toto hūano genere beatificandos in gloria de qua apls ad Ephe.j.inquit. Benedixit nos deus in benedictione spūali.i. plena benedictione in cœlestibus.i.in gloria in christo.i. per merita xp̄i:sicut elegit non i ipso:ante mūdi constitutionē. Qui aūt & quot sunt isti electi:solus ille nouit qui elegit. Vñ & in ecclesiæ oratione,dicit. Soli deo est cognitus numerus electorū:in superna fœlicitate locandus nos autē:&si per certitudinē scire nō possumus: per aliqua tamē signa data ab ipo in scriptura:coniecturare valemus. Et vt hæc signa in nobis experiantur:hortatur. Petrus apostolus in ŋ.Cañ.c.j.dicens. Satagite:vt per bona opera : certam vestram vocationē & electionē faciatis. Hæc autē signa sunt tria:quæ notat sapiens.Eccl̄i.xlv.dicens. Elegit eum dñs ex omni carne:& dedit illi cor ad p̄cepta :& legem vitæ & disciplinæ. Vbi tria nota signa huius electionis.

Tria signa electionis

¶Primum est abdicatio malarum delectationum : ibi: Elegit eum dominus.

¶Secundum est:obseruatio diuinorum p̄ceptorum:ibi Dedit illi cor ad præcepta.

¶Tertium est: frequentatio sacrorum eloquiorum : ibi. Legem vitæ & disciplinæ.

Quantū ad primū q̄uis ꝓprie loquat̄ sapiens de Moyse: tamē & iteligi potest:de quolibet alio electo. Vñ & hoc canit ecclesia de beato Thoma de Aquino:& de quibusdā alijs & vult dicere q̄ quē deus eligit extra:hic ab oi carne idest delectatione carnali delebit inquit dñs ad Noe in figurā omnē carnē. Et em multiplex caro.s.leonū:vrsorum porcorū.canū hoīm:&hmōi. Et caro quidē leonis est delectatio:quā sibi quęrūt superbi in honorib⁹ suis. Caro vrsorū est cōplacētia :quā sibi quærūt gulosi:in crapulis suis & ebrietatibus. Caro porcorū est voluptas lasciuorū:quā quærūt in immundicijs suis. Caro hoīm est delectatio sensualis:quā habent aliqui:ad suos ꝓpinquos &amicos: & sic de alijs . Debet igit dñs aquis diluuij infernalis: delere omnē carnē.i.oēs in carnalibus & vitijs se delectantes. Et hoc est etiā:qd̄ ait apls. Caro & sanguis regnū dei nō consequētur.s.Cor.xv. id est delectationes prauas sequentes Impossibile em est(ait Hiero)vt præstitū⁹ quis:& futuris fruat bonis:& de delicijs transeat ad delicias. Vñ & saluator ad discipulos electos ad supernā fœlicitatē ait Ioā.xv. Ego elegi vos de mūdo.i. de vitijs & delectationib⁹ mūdi Et ad Ephe.j. apls ait. Elegit nos.s.de⁹:vt simus sancti & immaculati. Sic fuit electꝰ beatus Tho.a deo extractus de aquis : mundanæ vanitatis & delectationis: velut alter Moyses. De quo dr̄ ad Heb.xi.q̄ elegit magis affligi cum populo dei:q̄ tēporalis pcti habere iocunditatē, paret autem hoc pmaxime in beato Tho.ex gestis circa puellā ad eū introductā &c. Quantū ad sc̄da. Certū est q̄ electus dei volūtatē habet efficacē:ad obseruandū diuina mandata quæ sunt de actib⁹ virtutū. Vñ.pā.ait. Mandata tua elegi.s.ad obseruādum. Ad qd̄ ramē necessaria est diuina gratia:quæ & velle facit.& obseruare ipsa dei mādata. Vñ dr̄ in dicta auctoritate dedit illi.s.deus:cor.i. voluntatē ad p̄cepta scilicet obseruāda. Ad efficacē aūt volūtatē semp sequit̄ operatio:si adsit possibilitas. Sicut aūt illi:qui venerūt & multū diligūt aliquē superiorē seu prælatū:nō solū p̄cepta facta ab eo:sub graui pœna,sed etiā simplicia monita habēt ea:vt debita obseruari. Sic & electi dei nō solum

Fœlicitatē huius mūdi & virtæ æternæ impossibile est habere.

solū p̄cepta legis eius:sed etiā simplicia documēta & cōsilia:conātur seruare si possūt:& ita bōa ichoāt:vt ad pfectiora se extēdant. Vñ Greg.super Ezech. Electi quidē sic ad bona tendūt.vt ad mala perpetrāda nō redeāt:qui eīm ꝓseuerauerit vsq̄ in finē:hic saluus erit. Et sicut per Salomonē dr̄. lustorū semita:quasi lux splēdens procedit: & crescit vsq̄ ad perfectū diē. In eorū nāq̄ animo bonū desideriū atq̄ intellectꝰ lucis intimæ:iā pars diei est. Sed qa vsq̄ ad finē vitæ:in virtute proficiūt de por.di.ŋ.nō reuertebant.sicut Moyses seruauit mādata:sic be. Tho.a puericia sua diuina cepit seruare mandata:nūq̄ eoꝝ aliquod trāsgrediēdo:qa nunq̄ cōmisit mortale peccatū:& ample ītēs diuina etiā cōsilia per ingressum religionis semp ꝓfecit vt paret in legēda. Quantū ad tertiū:nota q̄ quē deligit infundit sibi magnū effectum circa diuina eloquia vñ & ipse qui sapiētia æterna est dicit. Magis q̄ aurū & argentū sapiētiā eligite. Prouer.viij. Sapientia p̄cipue dr̄ scriptura sacra:ꝑm be. Tho.in.j.par.q.j.qa pleni⁹ & veri⁹ docet de diuinis:q̄ quęcunq; aliæ doctrinæ. Dicit ergo sapiēs:q̄ dedit illi lęgēvitę & disciplinę.s.ad intelligendū & docendū. Et dr̄ lex vitæ:qa vitā cōfert animæ obseruātis. Non solū em illuminat ītellectū:diuina eloquia: sed etiā accendūt affectū. Nunqd nōverba mea sunt quasi ignis? dicit dñs per Hiere.xxiij.(quasi diceret)vt ita:qa incēdūt ad dilectionē aiæ. Vñ dr̄.Sap.vij. Infinitus thesaurus est hoīb⁹ sapientia:quo qui vsi sunt participes facti sūt amicitiæ dei:sicut aūt Moyses fuit eruditus:in omni scientia ægyptiorū & Chaldæorū. Act.vij.& maxime i diuina sapientia sic beatus Tho.eruditus fuit in scientia:tam scu lari q̄ diuina& pmaxime in theologia:quā & magno studio & orationis suffragio acquisiuit:vt patet in legenda.

Tria signa electionis

§.IIII.SECVNDVM GENVS ELE

ctionis ꝑm deū existens est ad humanā dignitatē quando est rationabiliter factū:quæ notari pōt in eo qd̄ dicit. Pā. &assumpsisti. Assumi dr̄ cōmuni locutione: qui ad altiꝰ aliqd sumit̄.cōmuni statu. Vnde apls ad Heb.v. Omnis pōtifex:ex hoibus assumptus.s.est. Et eū Paulū & Barnabā dñs elegit ad prædicandū gēt̄ib⁹ qd̄ est officiū præsidē tiū:dixit.Segregate mihi Paulū & Barnabā in opus : ad qd̄ assumpsi eos . Act. xiij. Et hoies quidē errare possunt in eligēdo.sed assumēdo indignū:sed deus errare nō pōt. & ideo Btūs:quē elegisti & assumpsisti & nō solū beatus est:qui assumit a deo i prælationē rationabiliter exercēs eā:sed & beatissimus sup alios. Vñ Aug. Nihil difficilius & laboriosius & periculosius est:epi vel pbyter vel diaconi dignitate : sed apud deū nihil beatius:si eodē modo militetur:quo imperator noster præcepit. dis.xl.ante oia.

Ad electionē rationabilem tria requiruntur.

Ad hoc aūt:vt ista electio sit rationabilis tria requirunt.

¶Primū est q̄ fiat sine præcedenti ambitione.

¶Sc̄dm q̄ fiat congruenti assumpti dispositione.

¶Tertiū:q̄ fiat concurrenti regulari cōsensione.

Quantū ad primū dr̄ beatus electus:non qui se ingerit ad dignitatē sed qui assumit a deo vt hoibus. Vt em dicit Leo papa. Principat⁹ quē metus extorsit aut ambitꝰ occupauit etiā si moribūs aut actib⁹ suis nō offēdat:ipsi⁹ tamē initij sui:est perniciosus exēplo.j.q.j.pricipat⁹. Et Chry. f. Qui desiderauit principatū in terra:inueniet cōfusionē in cœlo:sicut dñs elegit seruū suū. Dauid i regē:q nō quæ rebat neq̄ cogitabat de regimine:sed oues custodiebat in deserto. Non autem elegit aliquē aliū:ex septem fratrib⁹ eius de quib⁹ ꝑm apparet iam videbat Samueli historiam vide.j.Reg.xvi. Sc̄dm qd̄ requirit̄:est cōgrua dispositio eligendi seu assumēdi:in ætate videlicet conuenīti ꝑm cannones:sciētia competēti:& vita decentiv extra de elec.cū in cunctis. Sic dñs Iesus elegit primos rectores & pastores non pueros quos sapientia sua doctissimos fecit: & sancti tate perfectissimos:dicens eis Ioan.xv. Ego vos elegi : vt eatis & fructum afferatis.s.conuersionis animarum. Hinc & Symmachus papa Vilissimus cōputandus est:nisi præcellat sciētia & sanctitate:qui est honore præstātior.j.q.j. vilissimus. Quātū ad tertiū:vt scilicet rationabiliter fiat electio: ad dignitatē requirit̄ cōsensus eligētiū omniū:vl maioris partis qui remota omni affectione pſone: & munere pecuniæ:& prece eligere debent:quē credūt magis ꝓficere Vñ Moyses principatū suū nō dimisit filijs siue cōsanguineis : sed extraneis de alia tribu . s. Iesu nauæ:Sed

Al⁹ ecclesiā gere nō quos plus cognoscunt ecclesiæ ,pdesse. Sed quos vel ipsi amāt:vel quorū sūt obsequijs delinīti:vel ꝓ qui bus maiorū quispiā rogauerit:& vt deteriora taceā:quivt clerici fierēt:munerib⁹ impetrauerūt. vij.q.j. Moyses . Et ideo in hmōi electionib⁹:præmitti debet oratio:vt fecerūt apls in electione Matthiæ dicētes. Tu dñe qui corda oim nosti:ostende quem de his duobus elegeris. Act.j. Sic be. Tho.ad dignitatē magisterij assumptus fuit non hoc quę rens:sed coactus obedientia:vt paret ex legenda.

Luce.x.

§.V.TERTIA ELECTIO EST DV

cēs ad beatitudinē quæ fit virtualiter p nostrā voluntatē qd̄ notat ibi Inhabitabit in atrijs tuis. Non dicit: ponet vel ligabit:sed ihabitabit.i.volūtarie stabit in atrijs tuis Atria erāt:porticus seu clausura circa tēplū: per q̄ accedebatur ad ipm:&significant habitacula seu cōditiones virtutū:per qs patet accessus:ad tēplū militātis & triūphātis ecclīæ. Nullus aūt cogit ad virtutes:sed electiōe ꝓprię volūtatis in eas ingredit̄:& inhabitat qs. Vñ Amb. Volūtarium sibi militē elegit christus Voluntariū sibi seruū dia bolus auctionatur.xv.q.j.nō est. Sunt autē præcipua tria dñi atria in quibus voluntas electorū eligit inhabitare.

Tria sunt atria dominī.

¶Primum est:sui humiliatio.

¶Secundum est:dei contemplatio.

¶Tertium est:aduersi toleratio.

De primo dicit Pā.lxxxiij.i pſona cuiuslibet electi. Elegi abiectus esse in domo dei.i.despectus & contēptus. Vñ & quasi se declarans:dixit Michol vxori suæ. Vilior fiam plus q̄ factus sum & humilis ero . ŋ.Regū.vj. Vt em dicit Greg. Euidētissimū signum electorū:est humilitas : sicut reproborū superbia. De humilitate beati Thomæ habes: quando assotiauit illū procuratorē extra:pro negotijs cōuentus & in occultatione sue scientię:vt patet in legenda.

Secundum atriū:in quo eligit volūtas ſcti inhabitare est contēplatio. Hic em reperit magnā quietem & gustum suauē dei. Vñ saluator de hac loquens: ait . Maria scilicet Magdalena optimā partem elegit : quæ non auferetur ab ea. Hic em incipit vita contēplatiua:nec deficit in alia vita vt actiua:sed perficit. Ad hanc tamen non est idoneus: nisi pene purgatus a passionibus. Vñ in figurā dr̄. Exod. xix. Bestia quæ tetigerit mōtē scilicet cōtēplatiōis lapidabitur lapidib⁹:scilicet errorū & phātasiarū irrationabiliū Bestia significat hoīem passionatum & rudem . Permaxime hoc atriū inhabitauit be. Tho.qui frequēter rapiebatur in extasi:vt patet quando crucifixus ei locutus est Neapoli:& alibi. Tertiū atrium est:toleratio aduersorum. Eligunt enim sancti propositovolūtatis:sustinere omnia ad uersa patienter. Vnde de sanctis illis Machabeis dicitur: q̄ elegerunt magis mori:q̄ cibis inquinari imundis: & noluerunt infringere legē dei.j. Machab.j. vt scilicet euaderēt mortē:sustinētes fortiter cruciat⁹. Sed &de⁹(vt dicit Greg)ab electis suis tēporali afflictione : maculas peccatorū studet tergere:quas in eis in æternum:non vult videre de pœna.dist.j.si peccatū. Hoc igitur considerantes electi:eligunt sponte:& aliquando desiderant pati aduersa Sic & beatus Thomas : patienter portauit molestias &c. Sed & si quid patimini:propter iustitiam beati.j.Petri.iij. Et Matthei.v. Beati qui persecutionem patiūtur:propter iustitiam &c. Beatus ergo:quem elegisti &c.

Adquā potestā cōsilij punet

¶De consilio. Capitulum.viij.

DE CONSILIO QVOD

præcedit electionē qd sit:de quo dr̄ Eccli.xxxij: Omnia fac cū consilio.s.rationis. Vbi sciēdū q̄ consilium est quædam mentis inquisitio, Pro cuius declaratiōe dicit be. Tho.i.ŋ.q.xiij.arti.j. q̄ electio(vt dictū est)cōsequitur iudiciū rationis de rebus agēdis. In reb⁹ aūt agendis:multa incertitudo inuenit̄: quia actiones sunt circa cōtingentia singularia : quę ꝓpter sui variabilitatē:incerta sunt. In rebus aūt dubijs & incertis: ratio nō profert iudiciū seu sententiā :absq̄ precedenti inquisitiōe. & ideo necessaria est inquisitio rationis:ante iudiciū de eligendis:& hmōi inquisitio consiliū vocat. Propter qd̄ pp̄s dicit in.iij.Ethi. q̄ electio est appetitus præcōsiliati. Pertinet aūt consiliū non solū ad rationem : sed etiā ad voluntatē:sicut & electio etiā. Nam in actu volun

Cōsiliū quid:

Universidad de Deusto
Biblioteca

tatis:qui est electio:apparet aliqā ratiōis.s.ordo.Et in cōsilio:qd' est actus rationis:apparet aliquid voluntatis sicut inateria:qa cōsiliū est de his:quę homo vult facere:& etiā sicut motiuū:qa ex hoc:q̄ homo vult finē mouet ad cōsiliandū de his quæ sunt ad finē.& ideo sicut ꝓbs dicit i.vj. Ethic.q̄ electio:est intellectꝰ appetitiuus:vt ad electionē vtrūq; cōcurrere ostendat.Ita Damas.dicit q̄ consiliū est appetitus inquisitiuus:vt consiliū aliquo modo pertineē ostendat ad voluntatē circa quā &ex qua:fit inquisitio & ad rationē inquirentem.Cum aūt dicit apls ad Ephe.j. de deo:q̄ operat oia ꝑm consiliū volūtatis suæ.Sciēdum ꝑm Tho.vbi.ō.q̄ cū i nobis ex inquisitione quæ dr̄ cōsiliū:,pueniat certitudo iudicij seu sentētiæ:cōsiliū inquantum attribuit deo importat solū certitudine sententiæ & iudicij:nō aūt iquisitionem:quæ fit per discursum.Et ꝑm hoc dicit Damas.q̄ deus nō consiliatur. Ignorantis enim est consiliari:qd' in nobis est:nō in deo.Quāuis aūt virginitas:& hmōi sint bona certa:non dubia.Certa qdē sunt: ꝑm sententiā sapientū & spiritualiū virorum.Sed incerta sunt:ꝑm sensum carnaliū hoim & pluriū:&ideo nō incōgrue de his dantur cōsilia.iuxta illud.j.Cor.vij.De virginibus præceptum dñi non habeo:consiliū autem do.

§.I.CONSILIVM DE QVIBVS

rebus sit.Vbi nota q̄ ꝑm be.Tho.vbi.ō.ar.ij. Cōsiliū est tantū de his:quę sunt ad finē:vt dicit Greg.Nicenus.Cuius ratio est:qa finis i operabilib⁹:habet rationē principij eo:q̄ rationes eorū quę sunt ad finē:ex fine sumunt. Principium autē:non cadit sub quæstione seu inquisitiōe:sed principia oportet ꝓsupponere:i omni iquisitione .Vñ cum consiliū sit quæstio seu inquisitio.De fine nō est cōsiliū:sed solū de his quę sūt ad finē.Cōtingit tamen q̄ id qd' est finis respectu quarūdam operationū: ordinari ad aliū finē.Est etiā consiliū de his quæ sunt in nobis:&quę per nos fieri possunt:vt dicit Grego.Nicenus.Nā si de factis aliorū consiliū quærimus.hoc est inquantū reputant vnū nobiscum:vel pervnionē affectus:sicut in factis amicorū consiliamur:vel per modū instrumēti.Nā agens instrumentale & principale:sunt quasi vna causa:cum vnū agat per alterū:& sicut dñs cōsiliatur de his quæ sunt agēda per seruū:ꝑm hea.Tho.vbi.ō.Pro maiori declaratione sciendū:q̄ cōsiliū ,pprie importat collationē inter plures habitā:nō tamen quorūcūq;:qa non vniuersaliū &necessariorū:sed de rebus agendis:quod etiā ipsum nomen designat.Dicit em cōsiliū:quasi considiū:eo qd' multi cōsidēt:ad simul conferendū.Est aūt cōsiderādū:q̄ in particularibus contingentib⁹ ad hoc:q̄ aliquid certū cognoscat:plures cōditiones seu circūstantias,cōsiderare oportet:quas ab vno nō est facile considerare:sed a plurib⁹ certius reperiunt:vñ qd' vnus cōsiderat:alꝰ non occurrit.In necessarijs & vniuersalib⁹ nō sic:sed per se vnus sufficere potest.Appetitur autē cognitio veritatis in hmōi:nō q̄ p se habeat aliqd magnū:vt cognitio vniuersaliū& necessariorū:sed appetit:ꝑm q̄ est vtilis ad operationes:qa actiones sunt circa cōtingētia:&ideo ,pprie cōsilium est de his quæ agunt a nobis.Fit etiā consultatio de futuris euentibus:qui nō sunt in nostra potestate.Sed hoc est inquantū per futuros euentus cognitos homo dirigitur ad aliquid faciendū vel vitandum:Et sic consiliū est non solū de his q̄ agūtur:sed etiā de his quæ ordinant ad operationes.De his autē duobus:q̄uis agant a nobis:nō dicit esse cōsiliū q̄uis ordinentur ad finem:vt dicit ꝓbs.ſ.de rebus parvis: quę parū iuuāt vel impediunt.Quod autē parū est: quasi nihil accipit ratio.Secundū est: de quo non consiliamur. Ea quæ determinata sunt:qualiter fieri debeāt:sicut est in operibus artiū:quę habēt certas vias operandi:sicut scriptor nō consiliatur:quō litteras trahere debeat.In operibus ergo artiū:nō est cōsiliū prēter q̄ i operib⁹ artiū:quę sunt coniecturales vt dicit Grego.Nicenus vt puta negotiatiua & medicinalis.Quāuis aūt electio sit de omnibus his:quæ agunt per nos & electio præsupponat cōsilium: hoc nō est nisi ratione iudicij & sententiæ q̄ præsupponat consiliū in electione.Vñ quādo iudiciū vel sētētia manifesta est absq; inquisitione:nō requirit cōsilij inquisitio. In rebus em manifestis ratio nō inquirit:sed statim iudicat, do procedat. Vbi sciendū:q̄ vt dicit ꝓbs in.iij.Ethi.)ille q̄ consiliat:videt q̄rere& resoluere:& sic ,pcedit modo resolutorio.Qd' sic declarat be.Tho.vbi.ō.arti.v.In oi inquisitione oportet incipe ab aliquo principio qd' quidē si sit cui est primū in cognitione:ita etiā sit primꝰ in esse:non est ,pcessus resolutorius:sed magis cōpositiuus, Nam causæ sunt simpliciores effectibus.Si aūt id.qd' est primū i cognitione:fit posterius in esse:est ,pcessus resolutorius vt pote de effectibus manifestis iudicamus:resoluēdo in causas simplices.Principiū aūt in inquisitiōe cōsilij:est finis: q̄ quidē est prior in intētione posterior tn in esse. Et scd'm hoc oportet q̄ inquisitio cōsilij sit resolutoria:incipiēdo.ſ. ab eo:qd' in futuro intēdit:quouscq; pueniat ad id:qd' statim agendū est.Et q̄uis cōsiliū sit de his q̄ agunt a nobis & operatiōes nostræ nō procedāt modo resolutorio : sed magis cōpositiuo.ſ.de simplicibus ad composita tn ratio operationū:accipit ex fine.Et hinc est:q̄ ordo rationcinādi de operationibus:est cōtrarius ordini operādi. In ipsa aūt inquisitione cōsilij:nō est processus in infinitū.Sed ipsa inquisitio consilij:est actu finita ex duplici parte.ſ.ex pte principij et ex parte termini. Accipit aūt in inquisitione cōsilij:duplex principiū.Vnū ,ppriū:ex ipso genere operabilū.Et hoc est finis:de quo nō ē cōsiliū(vt dictū est)sed supponit in cōsilio:vt principiū aliud:q̄si ex alio genere assumptū.Hmōi aūt principia:quæ i inquisitione cōsilij supponunt:sunt quæcunq; p sensum accepta sunt: vt pote q̄ hoc sit panis vel ferrū.Et quæcūq; sunt per aliquam scientiā speculatiuā vel practicā:in vniuersali cognita.Sicut:q̄ mœchari est prohibitū a deo:& q̄ homo nō pōt viuere:nisi nutriat cōueniēti nutrimēto:& de his nō ingrit cōsiliator.Terminus aūt inquisitiōis est id:qd' statim est in potestate nostra:vt faciamus. Sicut em finis habet rationē principij:ita id qd' agit ,pter finē:habet rationē cōclusionis.Vñ id qd' primo agēdū occurrit:habet rationē vltimæ ꝯclusionis:ad quā iquisitio terminat. Nihil autē ,phibet cōsiliū:porētia ifinitū esse:scd'm q̄ i infinitū pos sunt aliqua occurrere cōsilio inquirēda.Et licet in singularib⁹ cōtingentib⁹:nō possit aliqd certū accipi simpliciter:tamē vt nūc prout assumit in operatiōe:pōt accipi vt certū.De consilio loquēs Pē.ait. Deus glorificatus est:in cōsilio sactoꝝ.Sancti ex cōsilijs:quę sibi assumūt & alijs tribuūt:ostēdunt magnā sapientiā & prudentiā:cū ex eis multis obuiēt malis:& magna bona procurēt:& cū hanc sapiētiā & prudentiā:ex se nō habeāt:sed a deo:inde glorificat deus ab hoib⁹:magnificat & exaltatur:ex ipso consilio sanctoꝝ:qd' patet ꝑ exēpla.Nā sanctus Ioseph prænūtiata sertilitate septē annoꝝ fructuū terre:& exinde maxima sterilitate septē aliorꝝ annoꝝ:scd'm somniū Pharaonis:consiliū dedit ipsi regi Pharaoni:vt in annis fertilitatis reponeret maximā quātitatē frumēti:ad prouidendū sterilitati:seu penuriæ vēturæ.vt habet Gen.xlj.Quo facto mirabiliter glorificatus est deus:ex consilio & prouidentia sancti illius.Sic sanctus Daniel:priusq; declarauit regi Nabuchodonosor terribilē sententiā ei imminētem scd'm somniū eius:dixit.Placeat tibi o rex consiliū meū: & peccata tua eleemosynis redime.Dañ.iiij.Quibus peractis dilatata est sententia per annū:quā postea incurrit ꝑ superbiā.Sed ex cōsilio & oratione Danielis infra tēpus statuum suæ mutationis in animal brutū scd'm apparētiā:reducebat aliquādo ad sensum proprium & deflens peccatū suū:reuertēs ad statū pristinū:repositus est in regno suo:& inde glorificatus est deus:ex consilio & adiutorio Danielis.Sic & sanctus Nathā ,ppheta.iij.Reg.j.consulēs Bersabeæ:vt postularet a Dauid regnū ꝑ filio suo Salomone:ne Adonias ipm regnū vsurparet:cū consilio cōpli.ci suoꝝ:seruato consilio a Dauid regnū filio obtinuit destructo ꝓsilio & cōiuratione Adoniæ eū suis:& sic glorificatus est deus.Significat aūt Bersabeæ ecclesiā vxorē Dauid.i.christi q̄ edocta a spū sancto & cōsilio eius directa:postulat a christo regnū æternū:ꝑ vero filio suo quo libet.ſ.iusto timens ne ei auferatur ab Adonia.i.diabolo cū satellitibus suis:quo obtēto:glorificatur deus in consilio sanctorū destruēs ꝑ eos cōsilia malignoꝝ:sicut destruxit per Chusi amicū Dauid cōsilium Achitophel:qd' erat contra bonū populi. qui Achitophel erat tantæ reputationis in consilijs:q̄ omnes homines ad eum recurrerent sicut ad deū.ij.Reg.xvj.Et hoc i figurā:ad significandum q̄ cōsilia

Cōsiliū ē de his quæ a nobis agūtur.

Cōsiliū dr̄ quasi consilimus.

De duobus nō cōsiliamur.

In ingressione consilij non est processus in infinitū.

Exēpla cōsiliorū sanctorū.

q̄ cōsilia principū:tyrānoꝝ:philosophorū & dæmonū: ex quibus intendebant populū dei subuertere : visitauit deus per amicos suos.ſ.apostoloꝝ:martyrū & doctoꝝ.Iuxta illud Iob.xij. Adducit.ſ.deus cōsiliarios in stultum finem. Sic & Phariseorū:qui abiere & cōsiliū fecerūt cum Saducēis:vt caperent eum in sermone.ſ.Iesum. confusi sunt & deus glorificatus est Mat.xxij.

§. III. EST AVTEM SCIENDVM

q̄ triplex est genus consilij.

¶Primū est consiliū internale:qd' quis sibijpsi infert.

¶Scd'm est cōsiliū particulare:quod quis alteri affert.

¶Tertiū est cōsiliū generale quod qs cōmunitati cōfert.

Cōsiliū primū.ſ.internale est:quod quis facit in semetipso:cū videlicet aliquid occurrit agendū dubiū:Iuestigat ratio si illud est bonū vel malū:& si bonū quibus medijs vtendū sit:adducēdo diuersa exempla in se:quibus possit illud iudicari bonū vel malū.Et de hoc dr̄.sine ꝓsilio nihil facias:& post factū nō pœnitebis.Eccl'i.xxxij.Quod itelligit venerabilis Cassianus de cōsilio iteriori.Et Salomō Prouer.xij.ait. Astutus.i.prudens oia facit cū cōsilio : & intelligit omnia.ſ.quæ sunt dubia vbi consiliū exigitur. Nam de certis & necessarijs simpliciter vel ex suppositione alicuius finis: nō oportet cōsiliari:qa ratio absq; in quisitione quæ pertinet ad cōsiliū subito iudicat illd' agēdū.Nō em oportet eū q̄ vult viuere cōsiliari:si debet comedere:qa hoc necessariū ē& certū. Et similiter qui vult saluari:nō oportet cōsiliari de obseruādis præceptis: quia hoc certū & necessariū est.iuxta illd' Mat.xix.Si vis aduitā̄igredi:serua mādata.Nec oportet vti velocitate:seu p̄cipitatione:sed magis maturitate.Vñ Calistus papa. Non præcipitemus(inquit)cōsilia & opa nr̄a.Nos em tempore egemus:vt aliquid maturius agamus.dist.l.pōderet.Et Aristo.in lib.Ethi. Oportet quidē tarde cōsiliari: velociter autē exequi cōsiliata.Nō solū aūt consilio mentis iuestigandū est:si opus agendū sit bonū vel malum:sed etiā quod est bonū vel melius:vt melius eligatur:cessante impedimēto.Verbi grā.Cū inquirit qs in seipso vtrū debeat matrimoniū contrahere:vel solutus manere: cōsideret bona vel mala:grauamina vel leuamia:quæ inde sibi cōtingere possunt.Nā vxorē ducēdo:si ipa erit vana vl' iracunda:male sibi habebit & parū quietis : vt em dr̄ Eccl'i. xxv.Mō est ira:super irā mulieris:& non est malitia: sup malitiā eiꝰ.Oporrebit etiā te solicitari:quō ei placeas: sed & de expēsis ornamētoꝝ eiꝰ:& gubernatiōe familiæ,pui dere:tibi necessariū erit:& parū tpis:valebis deo vacare. Qd' si solutus remanes:tui soli curę incumbis:cōtentiōes & querelas mulieꝝ vitabis:suspitionibus multis carebis & quod deo est placitū:poteris facere & meritum augere. Primū igitur.ſ.matrimoniū:etsi bonū sit:scd'm tamen.ſ. cōtinētia virgialis melius.vñ apls.j.Cor. vij. Si nupserit virgo nō peccauit.Et postea.Qui matrimonio iūgit virginē suā:bene facit:& qui non iungit:meliꝰ facit.Verꝫ qa nō oēs capiūt verbū:si qs videt cōtinere nō posse:melius sibi est matrimoniū contrahere.vñ apls in.d.c.Melius est nubere q̄ vri.id est diuersis vitijs carnalibus incendi.

Secundū cōsiliū est particulare:qd' alter exhibet alteri. Cū em qs nō est sufficiēs sibi:ad cōsiliū capiēdū circa agēda:ab alio cōsiliū accipere debet.Quinimo:circa ,ppriam vitā:& obscura ptinētia ad cōscientiā:sibi credere nō debet:sed cōsiliari cū peritis & bonis:vel ex libris doctorū, Vnde Thobię.iiij.dr̄.Cōsiliū semp a sapiēte:perquire.Discē autē qs sapiēs:dupliciter.Vno mō:ꝑm quid. Alio mō simpliciter.Sapiēs ꝑm quid dicit:qui bene iudicat de fine alicuius artis vel ministri:& de his quæ ducunt ad illū finē.Et sic dicit sapiēs medicꝰ:q̄ bene iudicat& de sanitate: & de medicinis ꝓcrētib⁹ eā.Et sapiēs negotiator dicitur: qui bene iudicat de lucro acqrēdo:& de medijs ad ipm:& sic de alijs.Sed sapiens simpliciter dr̄ : qui bene iudicat de vltimo fine totius vitę humanę:qd' est deꝰ:& de perducētibus ad eū.Et hic est verus sapiēs:& virtuosus.Quia igit Tobias dicit, A sapiēte: sine alia aditione,primo & principaliter:cōsiliū quærendū est a virtuoso:etiam a sapiente.i.docto in factis cōsciētiæ.Neq; em a medico quis quęrit cōsiliū.ſ.de negotiatione:sed a docto negotiatore.Nec a negotiatore de medicinalibus:sed a perito medico:& sic de alijs.Multo magis:de pertinentibus ad animam. Vbi sunt maiora dubia:& magis periculosa:nō debet quis indifferēter cōsiliū quærere a quibuscūq;:sed virtuosis doctis & practicis.Vñ Eccl'i.xxxvij.dr̄. A ꝓsiliario malo serua aīam tuā.i.caue tibi.Et qui sint mali cōsiliarij : a quib⁹ cauendū sit:quasi declarans dicit.Cū viro irreligioso:tracta de sanctitate:& cū iniusto de iustitia:& cū muliere : de his quę emulat.Cum timido de bello.Cū negotiatore:de traiectione.Cū emptore:de vēditione.Cū viro liuido:de gratijs agendis.Cū impio:de pietate.Cū inhonesto:de honestate.Cū operario agrario:de omni opere.Cum operario annuali:de consummatione anni. Cū seruo pigro: de multa operatione.Non attēdas his:in omni cōsilio.Et ex hoc vltimo dicto:patet q̄ locutio Ecclesiastici est per ironiā:quasi diceret.Cum prædictis:non habeas consilium. Et subdit.Cor boni cōsilꝫ:statue tecū.Non est em tibi alicui plus illo.Scīēdū insup:q̄ illud qd' dicitur Prouer. xj. Ibi salus vbi multa consilia:non sic intelligendū est:quo ad incipientes benefacere & simplices:tanq; quis multorū hoim seu a multis debeat inquirere cōsiliū: de directione vitę suæ.Nam hoc faciēs: audiet diuersa consilia:& aliquando sibi cōtraria.Vñ in mēte sua cōfundet : nesciens quid magis sequatur.Sed vnū vel paucissimos assumat: in quo causam habeat cōsidēdi:vt qa bonus & practicus & qui cognoscit eius conditiones.vñ melius pōt consulere.Sicut medicus qui diu habuit curā alicuius:& scit complexionē & accidēria eius:vtilius pūt mederi: nec multū laudat hoc:ſpe variare medicū.Vñ vulgari,puerbio dr̄. Quāre mutate:tāte caduce.Mīta igit ꝓsilia q̄rēda sunt ab icipiētib⁹&simplicib⁹:sed nō a multis sed ab vno de multis agēdis.Vñ Eccl'i.vj. dr̄.Mīti pacifici sint tibi.Et ꝓsilarius sit tibi vnus de mille.Consilium tamen:quod manifeste apparet bonum:a quocunq; detur:numquā debet cōtemni:vel respui:etiam a sapientibus.Vñ & Moyses sanctissimus & sapientissimus:consiliū quod dedit sibi Ietro socer suus gentilis in audiendis causis populi : vt scilicet magis arduas audiret & expediret:& ad alias audiēdas cōstituēret sibi adiutores:vt perseuerare posset:& non stulto labore consumeretur:audiuit illud & seruauit. Notandū insuper:q̄ cum quis fideliter consulit doctos & practicos saltem competenter in illa materia:nō tenetur illi cui consulit:si inde malū ei eueniat:& parū vel nihil peccat quia liber est ad sequendū illud:vel non sequendū.Vñ de reg. iur.lib.vj.nullus.Nullus ex cōsilio alterius obligat: nisi fuerit fraudulentū.Sed si intendit decipere:seu aduertēter dat sibi malū consiliū:peccat grauiter & tenetur de omni dāno:quod inde secutū est:,ppter illud consiliū: si alꝰ nō fuisset secutū.Si quis etiā poneret se ad consulendū in materia de qua non habet peritiā:vt in medicina:in iure:i factis cōsciētię & hmōi:non esset immunis a peccato.Vnde Balaam:postq̄ non valuit maledicere populū dei: vt ide mala haberet deo impediente:dixit finaliter Balach regi Moabitarū:qui ad hoc vocauerat eum.Pergēs ad populū meum:dabo tibi consilium.Nume.xxiij.Et hoc fuit malum consiliū:vt scilicet mitteret fœmias Moabitides pulchras & ornatas ad castra Israel:vt fornicantes cum eis israelitæ:incurrerēt irā dei:& factū est sed de illo malo cōsilio:punitus est cū Moabitis:ipso interfecto. Tertium genus cōsilꝫ est:quod fit in cōmunitatibus & vniuersitatibus:nec em bene pōt regi aliqua ciuitas: vel vniuersitas absq; cōcilio.Vnde omni tēpore mundi:principes & rectores ciuitatū:vsi sunt consilijs & fideles & infideles.Nā & Salomō sapientissimus:cōsiliarios habuit:quorū cōsiliū:quia Roboam filius eius reliquit : magnā partē regni amisit.ij.Paral'.x.Et Nabuchodonosor superbissimus:cū maioribus natu et ducibus habuit mysterium cōsilij sui: de eo quod agere volebat.vt habet Iudith.ij.Sed & Romani infideles & idololatrę:possederunt omnē locum consilio suo & patientia:locaq; quæ longe erant valde ab eis: vt habet.j.Machab.viij.Apostoli quoq; ad sedādam dissentionem exortam inter Paulum & Barnabam et fideles cōuersos ex Iudaismo circa obseruationē legaliū.cōuenerunt in vnum:et cōmuni consilio decreuerunt:quid esset agendum:vt habetur Actuū.xv.Et ob hoc:instituta sunt ab ecclesia concilia et generalia et ,puicialia celebrari: vt de cōmuni cōsilio ibi habito:prouideret saluti fideliū:vt patet dist.xv. ꝑ totum.Facilius nāq; inuenitur:qd' a pluribus seniorib⁹ quęritur.Verus autē repromissor dñs ait.

Cōsiliū ē de his quæ a nobis agūtur.

Cōsiliū dr̄ quasi consilimus.

Mīmo nū an sit ꝑhendum.

Aliqs dr̄ sapiens dupliciter

De cōsilio gnali.

Cōsilia ñ quæ leligē di.

Bibliotheca
Facultatis Philosophiae
Provinciae Cast. Orientalis

Universidad de Deusto
Biblioteca

Si duo ex vobis vel tres conuenerint &c. dist. xx. c. vlt.

§. IIII. DEBENT AVTEM HV

iusmodi ꝓsilia generalia: tria in se hẽre. Primo occultatiõ nẽ tractatoꝝ. Scꝺo intẽtionẽ rectã determinãdoꝝ. Tertio executionẽ diffinitoꝝ. Quantum ad primum sciẽdũ ꝙ ea quę tractant in cõciliꝭ alicuius ciuitatis vel vniuersitatis cõmuniter debẽt esse alꝭs occulta dũ tractant: alꝭs scandala plurima cõtingere possunt. Vñ, puer. x. c. dr̃. Qui fide No. pl. His est cælar amici cõmissum. Vñ narrat Valerius Maxi- chrã hi mus: ꝙ cũ eẽt de more Romanoꝝ: vt patres possent filios storiã suos paruulos ducere secũ in cõcilũ: accidit semel: vt cum quidam ex ciuibus duxisset filiũ suũ paruulũ in cõcilium & fuisset ibi decretũ: vt qꝺ' ibi tractatũ fuerat: sub secreto remaneret, Reuertentẽ ad domũ interrogauit curiosa mater eius: qd ibi tractatũ esset. Cũq; ille respondisset ꝙ posti ũ fuisset sub secreto: cœpit mater ipsa blandiꝭs & minis ipsum cogere ad manifestandũ cõsilũ: qd' prudẽtissimus puer: vt declinaret matris importunitatẽ & tractatũ in cõcilio occultũ seruaret: officioso mendacio vsus est: dicens ibi fuisse tractatum ꝙ quilibet vir duas possit habere vxores: qd' illa credẽs & alꝭs matronis manifestauit. Quare diuulgata ꝓ vrbẽ: cõuenientes mulieres plurimæ quadã die ad locũ cõcilij accesserũt postulãtes a senatu (rancẽ; æquũ) & ipsas duos posse accipere viros: ex quo in ꝓcilio decretũ fuerat: viros accipere posse duas vxores. Quod illi admirantes vnde hoc processerit.: cũ hmõi nulla fuisset facta mentio: sup hoc inquirẽtes: iuenerũt hoc processisse ex astutia illi⁹ pueri talia referẽtis. Vñ ad occultãdũ ꝓsilia: statuerunt nullũ amplius pueꝝ introduci: nisi illũ tantũ: In cõsi- qui ita caute sciuisset occultare secretum. Valde ergo male lio de- faciunt qui talia reuelant quæ in secreto ponuntur & qui bet esse q̃runt ea ab ipsis. Scꝺo debent cõsiliarij habere rectam in- rectã in tentionẽ in determinãdis: vt non passione ducant ad cõ- tentio placendũ vel displicendũ his qui proponunt ea quę sunt ad bonũ cõmunitatis vel cõtraria: vt nõ declinent a regula rationis. Vnde & ipsa cõgregatio facta ꝙ cõsilio habẽdo: cõcilũ dr̃ a cõmuni videlicet itẽtiõe dictũ: eo ꝙ intuitũ mẽtis oẽm in vnũ dirigat. ſ. ad quærendũ bonũ cõmune. Vel cõsiliũ quasi cõsidiũ ꝺ̃ in l. literã trãseũte: qa simꝫ debẽt sedere. i. mẽte quiescere: a passionibus liberi esse ꝑm Isido. dis. xv. ca. j. Cũ ergo tractat i cõcilio aliquid iniquũ cõtra ius diuinũ naturale vel canonicũ: nõ potest dici cõsiliũ sed supercilij: quod signat ſupbiã. Et vt dr̃ Prouer. xxj. Non est consiliũ contra dñm: & ipsum cõmuniter dispatur. Sicut patet in cõcilio Iudæoꝝ: quod fecerunt contra christũ: ad tractandũ mortẽ ipsius: ne amitterent bona tẽporalia: ex quo tñ secutũ est vt amitterent bona tẽporalia & ſpualia: quãdo. ſ. collegerũt põtifices & Pharisei cõ- Ad cõ- cilũ re- cilij dicentes. Quid facimus: quia hic homo &c. Ioan. xi. silũ re- grit de Tertio debet id qd' in cõcilio determiatur rationabiliter germia- executioni mãdari: alꝭs frustra fierent cõsilia. Vnde & Heꝝ exe- stet. ſ. c. dr̃ ꝙ septem sapiẽtes qui ex more regio semp aderant regi Asuero: scientes leges ac iura maiorum illorũ faciebant cuncta consilio. Et hæc est causa frequenter multorũ malorꝝ in regimine tẽporali & ſpirituali: quia quæ cõmuni cõcilio determinãtur: nõ obseruant. Vñ Ioseph⁹ & Azarias: qa nõ seruauerunt quod fuerat determinatũ. ſ. vt nõ exirẽt in prælium contra inimicos: debellati fuerunt: occisis duob⁹ milibus de exercitu suo. Et hoc quia sine cõsilio exierũt in prælium: vt habetur. j. Machab. v.

¶ De consensu. Capꝫ. ix.

DEINDE CONSID ERAN

dũ est de cõsensu. Et prio ꝙ consensus prinet ad virtutẽ appetitiuã: quod patet ex hoc: qd' dicit Damas. Quod si aliquis iudicet & non diligat: non est sentẽtia. i. consensus. Diligere autẽ pertinet ad appetitiuam seu voluntatem. Pro cuius declaratione dicit beat⁹ Tho. ſ. ñ. q. xv. art. j. ꝙ consentire importat applicationem sensus ad aliquid. Est autem ꝓprium sensus ꝙ est cognoscitiuus rerum prẽsentium. Vis em̃ imaginatiua apprẽhẽsiua est similitudinũ corporaliũ: etiã rerũ absentiũ: quarꝫ sunt similitudines. Intellectus autẽ est apprẽhẽsiuus vniuersaliũ rationũ: quas potest apprẽhẽdere indifferenter: & absentibus & prẽsentibus singularibus. Et quia actus appetitiuę virtutis: est quędã inclinatio ad rem ipsam: ꝑm quãdam similitudinem: ipa applicatio appetitiuę virtutis ad rem ipsam ꝑm ꝙ ei inhæret: accipit nomẽ sensus: quasi experientia quandã sumens de re cui inhæret inquantũ cõplacet sibi in ea. Vñ Sap. j. dr̃. Sentite de dño in bonitate. Et ꝑm hoc cõsentire: est actus appetitiuę virtutis. Quãuis em̃ sentire proprie: dictũ pertineat ad potentiã apprẽhensiuã: tamen ꝑm similitudinẽ cuiusdã experiẽtiæ pertiet ad appetitiuã. Quod autẽ Aug. super Gen. attribuit ꝓsensum rationi: accipit ibi rationẽ ꝑm ꝙ in ea icluditur volũtas. Differentia est em̃ inter assentire & ꝓsentire. Nam assentire est quasi ad aliud sentire: & sic importat quandã distãtiã ad id cui assentitur. Sed consentire est simul sentire: & sic importat quandã cõiunctionẽ ad id cui consentitur. Et ideo voluntas cuius est tendere ad ipsam rem magis dr̃ cõsentire. Intellectus autem cuius operatio non est ꝑm motum ad rem: sed potius ecõuerso: magis proprie dicitur assentire: cui⁹ vnum ponatur pro alio. Non autẽ ꝓprie cõsensus est in brutis animalib⁹. Et ratio est ꝑm beatũ Tho. vbi. ẽ. arti. ij. quia consensus importat applicationẽ appetitiui motus ad aliquid agendũ: in cui⁹ potestate est appetituus motus. Bruta autẽ nõ habẽt in sui potestate appetituũ motum: sed talis motus est in eis ex instinctu naturę. Appetit quidẽ brutum: hoc vel illud: sed nõ applicat motum appetituum. Vnde est in eo determinatio appetit⁹ ad aliquid passiue tantũ: nõ actiue: qd' requiritur ad consensum: ꝓut est in hoie. vñ & Damas. dicit ꝙ post iudiciũ homo disponit & amat: qd' ex cõsilio iudicatũ est: qd' vocat sꝛnia. i. cõsensus. Hoc autẽ nõ reꝑitur in brutis. Executio em̃ opis in eis: est ex impetuoso appetitu.

Assenti re & ꝓsẽ tire dif ferunt.

Consẽ sus non ẽ in bru tis.

§.I. CONSENSVS DE QVIBVS

sit & in quo differat ab electione. Et quãtum ad primum sciendũ ꝑm. b. Tho. vbi. ẽ. arti. ij. ꝙ cõsensus est tm̃ de his quę sunt ad finem: quod sic declarat. Consensus nominat applicationẽ appetitui motus: ad aliquid præexistẽs i potestate a ꝑncipiis. In ordine autẽ agibiliũ, primo quidem oportet sumere apprẽhẽsionẽ finis: deinde appetitũ finis deinde consiliũ de his quæ sunt ad finẽ: deinde appetitus eorũ quæ sunt ad finẽ. appetitus autẽ in vltimũ finẽ rẽdit naturaliter. Vnde applicatio motus appetitiui in finem appræhensum: nõ habet rationẽ consensus: sed simplicis voluntatis. Ea autem quę sunt post vltimum finem: inq̃tũ sunt ad finẽ sub cõsilio cadũt: & sic de eis potest esse consensus: inquãtũ motus appetitiuus applicat ad id: qd' ex consilio iudicatũ est. Motus autẽ appetitiuus in finẽ non applicatur consilio: sed magis consilium ipsi: quia consiliũ ꝓsupponit appetitũ finis: sed appetitus eoꝝ quæ sunt ad finẽ præsupponit determinationẽ ꝓsilij. Et ideo applicatio appetitiui mot⁹ ad determiationẽ cõsilij, ꝓprieq̃ cõsensus. Vnde cũ cõsiliũ nõ sit: nisi de his quæ sunt ad finẽ consensus etiam proprie loquendo: non est nisi de his quæ sunt ad finem. Differt autẽ ab electione consensus ꝑm Tho. v bi. ẽ. ꝙ electio addit supra cõsensum quandã relationẽ respectu eius cui aliquid ꝓeligitur: & ideo post consensum adhuc remanet electio. Potest em̃ contingere ꝙ ꝓ consilium plura inueniantur ducentia in finem: quorum dũ quodlibet placet in quodlibet eorũ cõsentitur. Sed ex multis quæ placent: vnũ ꝓaccipimus eligẽdo: sed ſ inueniatur vnũ solũ quod placeat nõ differt: re cõsensus & electio: sed ratione tãtũ: vt consensus dicatur ꝑm ꝙ placet ad agendũ: electio autẽ ꝑm ꝙ præfertur his quæ non placent Vñ & Damas. dicit ꝙ post dispositionẽ quam vocauerat prius sententiã, i. cõsensum sit electio. Consensus ad agenda semper pertinet ad rationẽ superiorẽ: quod sic probat bea. Tho. vbi. ẽ. arti. iij. Finalis sententia semper pertinet ad eũ qui superior est: ad quem pertinet iudicare de alijs. Quãdiu enim iudicãdum restat quod proponitur: nondũ datur finalis sententia. Manifestum est autẽ ꝙ superior rõ est quę habet de oibus iudicare: quia de sensibilibus ꝓ rationẽ iudicamus inferiorẽ: de his vero quæ ad ratiões humanas pertinẽt: iudicamus ꝑm rationes diuinas quæ pertinẽt ad rationẽ superiorẽ. Et ideo q̃diu incertũ est: an ꝑm rationes diuinas res ita agitur vel non: nullũ iudicium rationis habet rationẽ finalis sententię. Finalis autem sentẽtia de agẽdis est consensus in actum. Et ideo consensus in actum pertinet ad superiorẽ rationẽ: ꝑm tamen ꝙ in ratione includitur volũtas: vt dictũ ẽ supra. Notãdũ etiam ꝑm bea. Tho.

Consẽ sus ꝓ- ris & co gitatio ms dif ferẽtia.

Consẽ sus dif fert ab electiõe

bea. Tho. vbi. ẽ. ꝙ consensus in delectationẽ operis: ptinet ad superiorẽ rationẽ: sicut & cõsensus in opus. Sed cõsensus in delectationẽ cogitatiõis: ptinet ad rationẽ inferiorẽ: sicut ad ipsam pertinet cogitare. Et tamen de hoc ipso qd' est cogitare vt nõ cogitare: inquãtum cõsideraꝫ vt actio quędã: habet iudicium superior ratio: & similiter de delectatione cõsequẽtre. Sed inquãtũ accipiꝫ: vt ad actionẽ aliã ordinatũ: puta ad consensum in opus: sic pertinet ad inferiorẽ rationẽ. Et sic intelligiꝫ: qd' dicit Aug. super Gen. ꝙ consensus in delectationẽ pertinet ad inferiorem rationẽ. Itẽ ratio superior dicit cõsentire: non solum quia ꝑm rationes æternas semp moueat ad agendum: sed etiã qa scꝺm rationes æternas nõ dissentit cum debet. Et dicitur iudiciũ: ꝑm rationes æternas seu diuinas: qa illud tale est scꝺm vel contra legem diuinam seu mandata dei.

§.II. DE CONSENSV QVI EST

actus voluntatis inquit Pẽ. liij. In domo dei ambulauimus: cũ cõsensu. Et ad hoc exhortabatur christus Mat. v. dicẽs. Esto cõsentiẽs aduersario tuo cito dum es in via cũ eo. Aduersarius iste (scꝺm expositionẽ doctoꝝ) est sermo diuin⁹: q dr̃ aduersarius: qa aduersat sensualitati & concupiscẽtijs nostris: repræhẽdendo vitia. Cui tunc ꝓsentim⁹: cũ ei obedimus: & sic a carcere infernali liberamur. Hoc autem facientes sancti dicere possunt verbũ Pẽ. In domo dei ambulauimus cũ cõsensu. Vbi tria possunt annotari.

¶ Primũ est motus humanæ rõnis: ibi. Ambulauimus.

¶ Scꝺm est locus huius debitæ motionis: ibi in domo.

¶ Tertiũ est modus perfectæ actionis: ibi: cum cõsensu

Motus Quantũ ad primũ dicit Saluator Io. xv. Posui vos vt eatis. Vnde tota vita nostra: est quoddã iter. Terminus huius itineris: est duplex: videlicet Hierusalem cœlestis sursum q̃ libera est: ab omni miseria: & Babylon: quæ deorsum est. ſ. infern⁹: plen⁹ omni miseria. Ad alterã istarũ ambulamus motibus seu actib⁹ rõnis. Vnde pueri qui non habẽt vsum rõnis: versus neutrã ambulãt: & ꝙ morientes in tali statu baptizati: & veniãt ad supernã Hierusalẽ hoc nõ est ex aliquibus actibus eorũ: sed superabũdãs meritũ passiõis christi: quo in baptismo erga eos operatur. Insuper: & habente vsum rationis: cũ dormiũt ad neutrã ciuitatẽ seu locum pœnæ vel gloriæ tendũt: qa ligatus tũc est in eis vsus rationis: nec tunc meretur vel demeretur. Sed cũ quis ratione vtitur: si ad malũ vtitur vel vti potest: si ad malũ vtitur ea: ambulat versus infernum, iuxta illud Sopho. j. Ambulabũt vt cęci: qa dño peccauerũt. Cęci aũt ambulãdo in foueã cadũt: & sic peccatores in infernũ. Si aũt quis ratione vtitur ad bonũ: versus supernã Hierusalẽ ambulat: per viã charitatis: ad qd' hortabatur apl's ad Ephe. v. dicens. Ambulate in dilectione. Loc⁹ debiti mo- Locus tus rõnis humanę: est ecclesia militãs. Vñ dicit Pẽ. In domo motus dei ꝓut declarat Hiero. xxiij. q. j. omnibus considehũanæ ratis. Et quia domum tuam decet sanctitudo, ait Pẽ. ad dorõnis ẽ minũ. ideo extra istã domũ sunt numero & merito oẽs ifi- ecclesia deles. Merito aũt extra ipsam: sunt mali christiani. Vnde dicit Hiero. de pœni. dist. j. ecclesia. ꝙ ecclesia nõ ẽ habẽs maculã neq; rugã: maculã. ſ. iniquitatis: rugam infidelitatis. Et ideo qui est aliqua sorde peccati pollutus: de ecclesia dici nõ pot. Talis ergo non ambulat in domo dei: sed in domo diaboli. i. imitatiõe malitiæ ei⁹: in qua quiescit: & demũ in inferno: vt dicere valeat. Infernus dom⁹ mea est. Iob. xvij. Quantũ ad tertium sciendũ: ꝙ ꝓfecta actio Modus hominis: vnde meritũ & prẽmiũ acquirit: est cõsensus in ꝓfectæ bonũ. de quo loquitur Pẽ. hic cũ dicit. Ambulauimus in actiõis. domo dei: cũ cõsensu. Sed sciendũ ꝙ est triplex cõsensus bonus: excludens triplicem malum consensum.

¶ Primus est intelligentiæ & voluntatis.

¶ Secundus sententiæ & veritatis.

¶ Tertius est modestiæ & conformitatis.

Primus igitur cõsensus est qñ intellectus & volũtas cõueniũt in vnũ: vt videlicet qd' intelligit intelligẽtia ꝓ fidẽ: volũtas illud velit operari per amorẽ. Vnde Augu. dicit: ꝙ credere est cũ assentione cogitare. Cogitare est a- Crede- intelligẽtiæ siue rõnis: & assentire: actus volũtatis. Et hęc re qd ẽ. duo sunt: tãq; vir & vxor. Intelligẽtia vxor est: quę mate Cogita ria administrat generatiõis filioꝝ. i. ꝓductiõis bonꝝ ope re qd ẽ. rũ. Affectus aũt tãq; vir formã præstãs: & cõplemẽtũ operũ ipsoꝝ in directionẽ. De cõiugio spuali intelligi põt il lud qd' dicit Eccli. xxv. Beneplacitũ esse spiritui suo: & ꝑ batũ corã deo & hominib⁹. ſ. vir & mulier sibi consentiẽtes. Et de his etiam exponitur illd' Matth. xviij. Si duo ex vobis consenserint sup terrã: de oẽi re quã petierit fient eis. Et iste est bonus cõsensus: in quo ambulãt qui sunt in domo dei. i. ecclesia excludẽs, malorꝝ cõsensum q sit a suggestione diaboli: de q̃ Thob. iiij. dicitur. Caue ne aliquã- do peccato cõsentias. Vnde & Augu. dicit de pœni. di. ij. sicut. ij. ꝙ prima differẽtia peccati mortalis est cũ i corde cõsentitur libidini. i. delectationi: cuiuscũq; peccati mortalis. Qd' figuratũ est: scꝺm ipsum: in puella mortua: sed Secun- adhuc in domo retẽta. Mat. ix. Secundus cõsensus bon⁹: dus cõ- est cõsentire sententiæ veritatis determinatæ per eccl'iam sensus nec discrepare a cõi sentẽtia doctoꝝ: etsi aliqñ ꝓprio itel bonus. lectui aliud videatur. Vñ apl's ad Rom. xij. Nõ alta sapiẽtes: sed humilibus cõsentiẽtes. Nõ solũ humilibus personis: sed etiã humilibus verbis & sentẽtijs: etsi intellectus clare nõ videat. Cũ isto cõsensu ambulauerunt oẽs qui i domo dei. ſ. ecclesię habitauerũt. Nam & doctores (vt Hiero. Angu. & alij) etsi in aliquib⁹ diuersa senserint & cõtraria: nõ tñ illa erãt ad fidẽ ꝓtinentia: vel mores necessarios ad salutem. In hmõi em̃ ambulauerũt cũ cõsensu: si bene intelligãtur verba eoꝝ: q̃uis aliqñ videãtur dissentire. Et sic cõsensus bon⁹ excludit cõsensum hereticoꝝ: qui cõueniunt in errore: contra veritatẽ fidei ecclesiasticę. Sicut & Paulus ante cõuersionẽ cõsentiebat Iudæis: persequentib⁹ fideles dicens Act. xxij. Ego consentiebã & custodiebã vestimẽta interficiẽtiũ illũ. ſ. lapidantiũ: Stephanũ. Et hi infideles figurãtur ꝑ vulpes Sãsonis: quæ sunt animalia multũ malitiosa habentes caudas colligaras insimul: sed facies ꝓtrarias sibi. Sic hæretici in materia erroris sui dissentiũt: & aliqñ manifeste cõtrarij sunt. Sed in cauda. i. in cõclusione suę doctrinę cõsentiũt & vniti sunt. Sin recedẽ- Terti⁹ do a veritate fidei. Terti⁹ cõsensus bonus: est conformi- ꝓsensus tatis in moralibus. Vnde Pẽ. ad dñm loquens ait. Habi- bonus. tare facis vnanimes in domo. Cõsentiũt em̃ qui ambulãt in domo dei in viuẽdo vniformiter quãtũ ad ea q̃ sunt necessaria ad salutẽ: euitando pẽã. Et hic bonus cõsensus excludit cõsensum iniquoꝝ. de quibus apl's ad Roma. j. Digni sunt morte: nõ solũ qui faciũt sed etiã qui ꝓsentiũt factibus. Et. ij. q. j. notũ. dicitur. Facitẽ & cõsentientẽ par Cõsen- pœna cõstringit. Cõsensus aũt ad malũ alteri⁹: potest in- sus ma telligi tripliciter. Primo auctoritatiue cũ. ſ. aliqs præstat li cõci- auctoritatẽ & defensionem male facitẽi. Et hic quãto gra- git tri- uius peccat, tãto maiori debet pœna ꝓstringi. Vnde. xj. q. pliciter iij. qui cõsentit. Isido. dicit. Qui cõsentit peccãtibus: & defendit aliũ delinquẽtẽ: maledictus erit apud deũ & hoies. Et idẽ. Siquis peccantem defendit, acrius ꝙ ille qui peccauit coerceatur. Secundo consentit quis cooperatiue. De quo consensu dicit Isido. in fi. prẽallega. c. Siquis alterius errori cõsentit sciat se eũ illo: simili modo culpabilẽ iudicandũ. Tertio modo consentit quis negligẽtiue. i. negligit corrigere delinquẽtẽ cum debet. Vnde ait dñs. Recedite et exite inde: et immundũ ne tetigeritis. Esa. lij. Super quibus verbis dicit Augu. Hoc est inde exire & immundum non rangere: voluntate non consentire: & ore non peccare. xxiij. q. iij. recedite. Nã scꝺm re. iu. in. vj. Qui tacet cõsentire videtur cũ scilicet potest & debet reprehẽdere. Hic rãmen minori pœna constringitur ꝙ̃ peccans.

¶ De imperio voluntatis. Capitulũ. x.

QEMVM VIDENDVM EST

de actibus ꝑeratis a volũtate. Vbi primo sciendũ: ꝙ imperare est actus rõnis ꝑsupposito a meã. tu volũtatis: scꝺm btm̃ Tho. ſ. ij. q. xv. Vnde & ꝑs dicit ꝙ appetitiuũ obedit rationi: ex q̃ sequitur ꝙ rationis est imperare. Est autẽ actus rõnis: imperare essentialiter. Imperãs em̃ ordinat eũ cui imperat ad aliquid agendum: intimãdo vel denũtiãdo. Sic autẽ ordinare per modũ cuiusdã intimationis est rõnis. Sed rõ põt aliquid intimare Rõ intẽ dupliciter. Vno modo absolute: quę qdẽ intimatio expri- mitur per verbũ indicatiui modi: sicut si aliquis alicui dicat hoc tibi faciendũ est. Scꝺo modo ratio intimat aliqd quidditer alicui mouẽdo ipm ad hoc. Et talis intimatio exprimitur per verbum ꝑatiui modi: puta cum alicui dicitur. Fac hoc. primum autem mouens in viribus animę ad exercitium actus est voluntas: vt. ẽ. dictum est. Cum igitur secũ

¶ Prima ꝑs. g iij

Universidad de Deusto
Biblioteca

dum mouēs: nō moueat nisi invirtute primi mouētis: sequitur ꝙ ipsum qđ ratio mouet imperando: fit ei ex virtute volūtatis. Vnde vel inquitur ꝙ imperare, sit actꝰ rationis pręsupposito actu voluntatis: in cuius virtute: rō mouet per imperiū ad exercitiū actus. Et nota scđm beatum Tho. vbi. ē. ꝙ radix libertatis est voluntas sicut subiectum: sed ratio sicut causa: est libertatis. Ex hoc enim volūtas potest libere ad diuersa ferri: quia ratio potest habere diuersas cōceptiones boni. Et ideo philosophi diffinierunt liberum arbitrium: ꝙ est liberum de ratione iudiciū quasi ratio sit causa libertatis. Ex his sequitur: ꝙ imperare proprie non cōuenit brutis. Nam nihil aliud est imperare (vt dictū est) ꝙ ordinare aliquem ad aliquid agendū. Ordinare autem est actus propriꝰ rationis: qua carēt animalia bruta. Et ꝙis per imperium fiat impetus ad opꝰ: non tamen per hoc bruta dici possunt habere imperium: quia habent impetum ad opus. Nam homines faciūt impetum ad opus: per ordinationem rationis: vnde in eis talis impetus: habet rationem imperij. Sed bruta hoc faciunt ex instinctu naturæ: quia statim appetitus eorum: appræhenso conuenienti vel incōuenientī: naturaliter mouentur ad prosecutionem vel fugam.

Imperā nō conuenit brutis.

§. I. IMPERIVM PRAECEDIT

vsum & est vnꝰ actꝰ rationis. qđ sic ꝓbat beatus Tho. vbi. ē. ar. iij. Vsus eius quod est ad finē: sc̄m qđ est in ratiōe recte ipsum in finē: precedit electionē: vt. ē. dictū est. Vnde multo magis: precedit imperiū: sed vsus eius quod est ad finem ſm ꝙ subditur potētię executiuę: sequitur imperiū. eo ꝙ vsus vrentis cōiunctus est cū actu eius: quo quis vtitur. Non enī vtitur aliquis baculo: antequā aliquo modo operetur per baculū. Imperium autē nō est simul cum actu eius cui imperatur. Sed naturaliter prius est imperiū ei⁹ imperio obediatur: & aliquando etiam est priꝰ tempore. Et sic patet ꝙ imperiū est prius ꝙ vsus. Vnde Damas. dicit ꝙ impetus ad opus: quod fit per imperium precedit vsum. Post determinationē enim cōsilij: quę ē iudiciū rationis volūtas eligit: & post electionē ratio imperat ei p quod agēdum est qđ eligitur. & tūc demū voluntas alicuius incipit vti: exequendo imperiū rationis: quādoq; qui dē volūtas alterius cū aliquis imperat alteri: quādoq; autem voluntas ipsiꝰ imperātis: cū aliquis imperat sibi ipsi. Est aūt imperiū vnus actus: cū actu imperato: nihil enim prohibet (vt dicit beatus Tho. vbi. ē. artē. iiij.) aliqua esse scđm quid multa: & scđm quid vnū. Sicut autē in gñe rerū naturaliū: aliquod totum cōponitur ex materia & forma: vt homo ex anima & corpore: qui est vnū ens naturale: licet habeat multitudinē partium. Ita etiam in humanis actibus: actus inferioris potētiæ: materialiter se habet ad actū superioris: inquātū inferior potētia agit in virtute superioris mouentis ipsam: formaliter se habet ad actū instrumenti. Et sic patet ꝙ imperium ē actus imperatus. Sunt vnus actus humanus sicut quoddā totū: sed est multa scđm partes. Quando enī vna potētia est mouens alteram: tunc actus earū sunt quodāmodo vnus. Nam idē est actus mouentis & moti scđm philosophum.

Imperium est vnus actꝰ cū iperato

§. II. EXTENDITVR AVTEM

Istud imperiū ad actū volūtatis: ad actum rōnis: ad actū appetitꝰ sensitiui: & ad mēbra corporis. Nō autē ad actus animę vegetabilis. Et de singulis horum videndum. Et ꝙ actus voluntatis sit imperatus: probat sic beatus Thom. vbi. ē. art. v. Omne qđ ē in potestate nostra: subiacet imperio nostro. Sed actus voluntatis sunt maxime in potestate nostra. Nā oēs actus nostri: intantum dicūtur esse in potestate nostra: inquantum sunt volūtarij. Vnde sequit ꝙ actus voluntatis imperātur a nobis. Patet idē etiam ex hoc: quia (vt dictū est) imperium nihil aliud est: ꝙ actꝰ rationis ordinantis: cū quadā motione: ad aliquid agendū. Manifestū est aūt ꝙ ratio potest ordinare de actu volūtatis: sicut enī potest iudicare ꝙ bonū est aliquid velle: ita potest ordinare in operando ꝙ homo velit. Et sic patet ꝙ actus volūtatis potest esse imperatꝰ. Et (vt dicit Augu. cū animus perfecte imperat sibi vt velit: tunc iam vult. Sed ꝙ aliquā do imperet & nō velit: hoc cōtingit ex hoc ꝙ nō perfecte imperat. Imperfectē autē imperium cōtingit ex hoc ꝙ ratio ex diuersis partibus mouetur ad imperandū: vel nō imperādū: vnde fluctuat inter duo: & nō perfecte imperat. Itē sicut in mēbris corporalibus: quodlibet mēbrū operatur nō sibi soli: sed toti corpori sicut oculus videt toti corpori. Ita in potentijs animę. Nā intellectus intelligit nō solū sibi sed oibus potētijs & volūtas vult nō solum sibi: sed omnib⁹ potētijs: & ita homo imperat sibi actū volūtatis inquantū est intelligens & volēs. Item cū imperiū sit actus rationis ille actus imperatur qui subditur rationi: primꝰ aūt voluntatis actus non est ex ordinatione rōnis: sed ex istictu superioris causę: & ideo nō oportet: ꝙ eatur in infinitū. Imperatur etiā actus rationis. Dicit enī Damas. ꝙ homo libero arbitrio exquirit: scrutatur iudicat & disponit. & hi sunt actus rōnis. Pro cuius declaratiōne: dicit btūs Tho. vbi. ē. art. vj. ꝙ ga rō supra seipsam reflectit: sicut ordinat de actibus aliarū potētiarū: ita etiā ordinare pōt de actu suo. Vnde & actus suus pōt etiā esse imperatus. Sed attendendū: ꝙ actus rōnis: potest considerari tripliciter. Vno modo quātum ad exercitiū actꝰ et sic nisi actus rōnis semp imperari pōt sicut cū indicitur alicui: ꝙ intēdat & ratiōe vtatur. Alio modo: quātū ad obiectū respectu cuius: duo actus rationis attendūtur. Primo quidē vt veritatē circa aliquid apprehēdat: & hoc nō est i potestate nostra. hoc enī contingit per virtutē alicuius luminis naturalis vel supernaturalis. Et ideo quantum ad hoc actus rōnis non est in potestate nostra: nec imperari pōt. Alius aūt actus rōnis est: dū his quę apprehēdit. assentit. Si igitur sint talia apprehensa: quibus naturaliter intellectus assentiat sicut prīa principia: assensus talium vel dissensus: non est in potestate nostra: sed in ordine naturę: et ideo ꝓprie loquēdo: nec imperio subiacēt. Sunt aurē quędā alia apprehēsa: quę ita nō cōuincūt itellectū: ꝙ possit dissentire vel assentire: vel saltem assensum vel dissensū suspēdere: ꝓpter aliquā causam. Et in talibus assensus ipse et dissensus: in potestate nostra cadit & sub imperio est. Imperatur etiā appetitus sensitiuus & subiacet imperio rōnis: sed nō totaliter: qđ sic declarat btūs Tho. vbi. ē. art. vij. Appetitus sensitiuus in hoc differt ab appetitu intellectiuo qui dicitur volūtas: ga apperitꝰ sensitiuus est virtus organi corporalis nō aūt volūtas. Omnis autē actus virtutis vētis organo corporali: dependet nō solū ex potētia animę sed etiā ex corporalis organi dispositione: sicut visio ex potētia visiua & qualitate ocl'i: per quam iuuatur vel impeditur. Vnde actus appetitus sensitiui: nō solū dependet ex vi appetitiua: sed etiam ex dispositione corpis. Illud autē quod est ex parte potentię animæ: sequitur apprehensionē. Apprehensio autē imaginatiōis cū sit particularis: regulat ad apprehensionē rōnis quę est vniuersalis: sicut virtus actiua particularis: a virtute actiua vniuersali. Et ideo ex ista parte actꝰ appetitus sensitiui: subiacet rationis imperio. Qualitas autē & dispositio corporalis: non subiacet imperio rationis: & ideo ex hac parte impeditur ne appetitus sensitiui motus: subdatur totaliter imperio rationis. Contingit etiam quādoq; ꝙ motus appetitꝰ sentiui: subito concitatur ad apprehensionem imaginationis vel sensus: et tunc ille motus est prāter imperiū rationis: cūtis potuisset impediri a rōne si prēuidisset. vñ & phs dicit i. j. Politice: ꝙ ratio præest cōcupiscibili & irascibili nō principatu dispontico: qui est ad liberos: qui nō totaliter subduntur imperio. Et ꝓpter hoc: dicit apls Roma. vij. Non enī quod volo bonū hoc facio: quia. s. vult non concupiscere: & tamen cōcupiscit saltem: quo ad primos motus qđ prouenit ex dispositione corporis: ꝑ quā impeditur appetitus sensitiuus: nec totaliter imperiū rationis sequatur: cōtingit etiam hoc propter subitū motū concupiscētię. Actus aūt animę vegetabilis: vt digestio: formatio corporis. per generationem & hmōi: nullo mō subiciunt imperio rōnis. Qđ sic ꝓbat beatꝰ Tho. vbi. ē. art. viij. Ratio imperat: ꝙ modū apprehēsiue virtutis. Cū autē omne agēs aliquo modo appetat sinē: appetitus naturalis nō sequitur aliquā apprehensionē: sicut appetitꝰ aialis aut intellectiuus & ideo illi actus qui procedūt ab appetitu aiali vel intellectiuo possunt a rōne impari: nō aūt illi ꝙ procedunt ab appetitu naturali hmōi autē sunt actus aiæ vegetabilis. Vnde Greg. Nice. dicit: ꝙ vocatur naturale: quod est generatiuū & nutritiuū: & hmōi nō persuadetur a ratione. Imperio rationis mouentur membra corpis: ad actus suos: nisi cor & mēbrū genitale. Qđ sic declarat beatus Tho. vbi. ē. ar. ix. Mēbra corporis sūt organa quædā potētiarū aiæ. Vnde eo modo quo se habēt potētiæ animę: ad hoc ꝙ obediāt rationi hoc modo se habēt & mēbra corporis. Quia igitur vires sensitiuę subduntur imperio rōnis: nō aūt vires naturales: ideo oēs motꝰ mēbrorū: quæ mouentur a potētijs sensitiuis: subdūtur imperio rōnis. Motus aūt mēbrorū qui cōsequūtur vires naturales: nō subduntur imperio rōnis: Et nota ꝙ sicut i his quæ ad intellectū & voluntatem pertinent, primū inuenit id qđ est ſm naturam: ex quo alia deriuātur: sicut a cognitiōe principiorū naturaliter notorū cognitio cōclusionū & a volūtate finis naturaliter desiderati: deriuat electio eorū: quę sunt ad finem: ita in motibus corporalibus: principiū est sc̄m naturā. principiū aūt corporalis motus: est a motu cordis: vñ motus cordis corporalis est scđm naturā nō scđm volūtatem. Vñ Grego. Nice. dicit: ꝙ sicut generatiuū & nutritiuū nō obediunt rationi: ita nec pulsatiuū qđ est vitale. Pulsatiuū aūt appellat: motū cordis q manifestatur ꝑ venas pulsatiles. De mēbro genitali dicit Augu. in. xij. de ciui. dei ꝙ hoc mēbrū nō obediat rationi: qđ motus i eo insurgūt etiā nolēte hoīe: est ex pœna peccati: vt scilicet aia suæ inobedictiæ: ad deū pœnā patiat: ꝑ qđ pctm originale ad posteros trāsmittit. Sed pōs in lib. de causa motus aialiū: assignat causam naturalē: ga ista duo mēbra. s. cor & pudendū: nō subiacent iperio rationis: ex eo videlicet ꝙ vtrūq; horū est quasi quoddā animal sepatū: inquātū est principiū vitę. Principium aūt: est virtute totū: cor enī principiū est sensuū. Et ex mēbro genitali exit virtus seminalis: quæ est virtutum totum aial: & ideo habent proprios motus naturaliter: quia principia oportet esse naturalia: vt dictum est. ē.

Mēbrū virile nō obedit rationi.

§. III. DA IMPERIVM TVVM

puero tuo, Pſ. lxxxv. Loquitur ꝓpheta ad dominū orans Et potest intelligi de triplici imperio.

¶ Primum est imperium diuinale: & reuerendum.

¶ Scđm est imperium temporale: & discernendum.

¶ Tertium: est imperium internale: & custodiendum.

De imperio diuinali.

Primum imperium absolute: est dīi dei cui subiacēt oīa Vnde Mardocheus in oratione dicebat Hester. xiij. Domine deus omnipotens: in ditione tua cuncta sunt posita: & non est ꝙ possit resistere volūtati tuæ & Aug. Nihil i mūdo fit: qđ de illa aula cœlestis & eterni iperatoris: nō egrediatur opatiue. s. vel pmissiue. Nec tñ aliquid mali pmitteret euenire i vniuerso: nisi ex illo malo: omnipotētia & bonitas sua: eliceret majus bonū: sicut ex crudelitate tyrannoꝝ: & rabie infidelitū elicita ē patiētia: & coronatio martyrū: & ex errore hęreticoꝝ doctrina radiosa doctoꝝ. Ante autē ꝙ deus ipse carni nostræ esset vnitus: multum trigide exercebat imperiū: tāq; spiritus qui est aduersus carnē ipsi nō parcens. Nō permanebit inquit spūs meus in homine in æternū: quia caro est. Gen. vj. Vnde & diluuio: deleuit omnem carnē: exceptis reseruatis in area. Sodomitas in igne cōsumpsit. Israelitas prostrauit in heremo. Iudæos in Babylonia captiuauit. Propter quod dicebatur. Deus emulator & vlciscens dns vlciscens dns & habens furorē: vlciscens dns in hostes suos: & irascens ipse inimicis suis. Naū. ſ. Sed postq; vnitus est carni nostræ per incarnationem: ex his q passus est didicit compati infirmantibus nostris. Et hoc est qđ ꝓpheta petit: cū dicit. Da imperium puero tuo. Hoc est petere incarnari: vt ipe mitius incarnatus agat & clemētius: erga genus humanū. Nam subito ab initio suę cōceptionis: datū est sibi imperiū vniuersi: vt in noīe eius: omne genu flectatur. Multiplicabit eius imperium (inquit Esa. ix. c.) de ipso christo loquens: puero nato in mūdo. Est ipse postꝙ resurrectiōem: dixit discipulis. Data est mihi omnis potestas: in cœlo & in terra. Mat. xviij. Non ꝙ tunc fuerit sibi data de nouo: sed tūc cœpit manifestari potestas data vt dicit magister in. iij. sent. Quātum ad scđm imperium large sumpto isto vocabulo importat quoddā dominium qđ quis habet super aliquem vel aliquos: ex quo potest ipsis aliquid imperare seu præcipere: & illi tenentur obedire, & sic pater habet iperiū super filios: vt ei in licitis debeāt obedire. Vñ dr Deut. xxi. Si genuerit homo filium contumacem & proterum: qui non audiat patris vel matris imperium & coercitus obedire cōtempserit: accusatus ab eis senioribus ciuitatis: de

clarat beatus Tho. vbi. ē. ar. ix. Mēbra corporis sūt organa quædā potētiarū aiæ. Vnde eo modo quo se habēt potētiæ animę: ad hoc ꝙ obediāt rationi hoc modo se habēt & mēbra corporis. Quia igitur vires sensitiuę subduntur imperio rōnis: nō aūt vires naturales: ideo oēs motꝰ mēbrorū: quæ mouentur a potētijs sensitiuis: subdūtur imperio rōnis. Motus aūt mēbrorū qui cōsequūtur vires naturales: nō subduntur imperio rōnis: Et nota ꝙ sicut i his quæ ad intellectū & voluntatem pertinent, primū inuenit id qđ est ſm naturam: ex quo alia deriuātur: sicut a cognitiōe principiorū naturaliter notorū cognitio cōclusionū & a volūtate finis naturaliter desiderati: deriuat electio eorū: quę sunt ad finem: ita in motibus corporalibus: principiū est scđm naturā. principiū aūt corporalis motus: est a motu cordis: vñ motus cordis corporalis est scđm naturā nō scđm volūtatem. Vñ Grego. Nice. dicit: ꝙ sicut generatiuū & nutritiuū nō obediunt rationi: ita nec pulsatiuū qđ est vitale. Pulsatiuū aūt appellat: motū cordis q manifestatur ꝑ venas pulsatiles. De mēbro genitali dicit Augu. in. xij. de ciui. dei ꝙ hoc mēbrū nō obediat rationi: qđ motus i eo insurgūt etiā nolēte hoīe: est ex pœna peccati: vt scilicet aia suæ inobedictiæ: ad deū pœnā patiat: ꝑ qđ pctm originale ad posteros trāsmittit. Sed pōs in lib. de causa motus aialiū: assignat causam naturalē: ga ista duo mēbra. s. cor & pudendū: nō subiacent iperio rationis: ex eo videlicet ꝙ vtrūq; horū est quasi quoddā animal sepatū: inquātū est principiū vitę. Principium aūt: est virtute totū: cor enī principiū est sensuū. Et ex mēbro genitali exit virtus seminalis: quæ est virtutum totum aial: & ideo habent proprios motus naturaliter: quia principia oportet esse naturalia: vt dictum est. ē.

Mēbrū virile nō obedit rationi.

§. III. DA IMPERIVM TVVM

puero tuo, Pſ. lxxxv. Loquitur ꝓpheta ad dominū orans Et potest intelligi de triplici imperio.

¶ Primum est imperium diuinale: & reuerendum.

¶ Scđm est imperium temporale: & discernendum.

¶ Tertium: est imperium internale: & custodiendum.

De imperio diuinali.

debeat, pcedere a causis secūdis: & tunc eueniet talis effectus: nō ſm q̄ habet respectū & influxū ab ipsis causis secūdis: sed secm q̄ est ꝓordinatū a deo. Et ſm hoc intelligit illd Sap.iiij. de immatura morte, iusti: q̄ non est secm cās scās, Raptus est ne malitia immutaret intellectū eius: aut ne fictio deciperet aiam illi⁹. Et.ſ. Placita erat deo aīa illius: ꝓpter hoc ꝓperauit educere illū de medio iniquitatū mortē. Et ex hoc aliq̄n cōtingit sicut mors Ezechię: q̄uis ſm causas scās: videlicet dispōnē naturalē corpis & demeritū ei⁹, ꝓpter pcām supbię vel ingratitudinis: tūc euenire deberet: quādo Esaias dixit. Morieris tu & nō viues: habito respectu ad causas secūdas. Tamē ga in prędestinatione diuina erat: vt superuiueret adhuc.xv. annis: dicuntur ei additi.xv. anni quib⁹ postea vixit. Nec tamē Esaias dixit falsum Ezechiæ significās eū moriturū: ga ꝓphetauit hoc ex dei reuelatione: ſm q̄ ille effect⁹ mortis erat in causis secūdis: ſm quas omnino erat futura. Reuelat enim deus ꝓphetis suis aliqua nō simpliciter ſm q̄ sunt futura in seipsis, i. nō ſm diuinā prędestinationē: sed ſm ordinē quē habent ad causas secūdas tantū: & ideo si aliter cōtingit q̄ dicant nō propterea falsum dicunt ſm Tho.ij.ij. Sicut etiā si medic⁹ ſm oia signa & regulas medicinę prędicit aliquē de sua infirmitate moriturū: q tñ nō morit deo mirabiliter eū sanante. Et astrolog⁹ ꝑdicit siccitatem vel inundationē multā futurā: ſm influxū constellationū. Si hoc nō venit: nō dicūt falsum: ga loquūtur ſm causas secūdas: sed de⁹ pōt eas immutare vt placet. Verū ga scire non possumus quid sit in prędestinatione dei de termino vitę nostrę: scim⁹ autē ipm velle nos conseruare vitā ſm bñplacitū suū. Ideo in conseruatione vitę debem⁹ nos regulare ſm cās scās; nō tñ vtēdo superstitionib⁹: vel incātationib⁹: vel trāsgressionib⁹ alicui⁹ ꝓcepti dei: vl' ecclesię seu regulę quo ad religiosos: etiā si ꝑ hoc mors vita rel: ga inde mors aīę sequeret. Dicit aūt Aug. q̄ si vna aīa pereat: innumerabilis tū corporū mors huic dāno cōparari nō pōt. xxxiij. q. iij. si habes. Sed caudo a cōtrarijs vtendo medicinis: habitādo in locis sanis: subtrahendo se a locis infectis pestę. Licitū est cuilibet cum nullo iure ꝓhibeat: nisi qs esset curatus in loco infecto pestę. Talis em̄ desere nō posset plębē suā, ꝓpter pestē: nisi prouiderit de vīca rio idoneo. Et in casu etiam extremæ necessitatis corpora lis vel spūalis: vbi alį non adessent: quilibet teneret iuuare de eo q̄d pōt: nō obstāte infectiōe pestis: cū se offert talis necessitas. Hoc etiā cōfirmat Gratian⁹ dicens. Quamuis certissime sciam⁹: neminē vltra terminū sibi a deo ꝓfixum esse victurum: oīb⁹ tamē lāguētib⁹ nō incongrue medemur. xxxiij. q. iij. Nabuchodonosor. §. finali.

Agēdū ꝙ vitæ conseruatiōe.

§. IX. CIRCA MORTEM IPSAM tria sunt videnda.

¶ Et primū est: q̄ mors ꝓpria est debite expectāda.

¶ Secm est: q̄ mors aliena est ęquanimiter toleranda.

¶ Tertiū est: q̄ mors ipsa est frequēter rememoranda.

ad mortē quilibet debet debite ꝓparari.

Quātū ad primū sciēdum: q̄ mors debite expectatur cū ad eā qs debite præparat. Vnde dīs ait Matt. xxxiiij. Estote pati: qa qua nescitis hora filį⁹ hoīs vēt⁹ est. Idē habetur Luce. xij. & mat. xxv. Vigilate qa nescitis diē nec̄ horā. Propterea incertā voluit de⁹ nobis eē horā mortis. Primo qdē vt homo viuat purį⁹: qa vt dicit Cyprian⁹. Quā lē te inuenit dīs cū vocat: talē parię te iudicat. de pœ. di. j. nunqd. Stultū autē est viuere in illo statu: in quo qs non vellet mori. Et cū de momēto in momētum hoc posset accidere: rō debet vrgere ad pure viuēdum: ꝓpter hmōi incertitudinē. Secda ratio vt hō operet cōtus: & ꝑ cōsequēs vtilius. Si em̄ sciret hō in breui se moriturū: a multis bonis desisteret q̄ cedūt in vtilitatē aliorū: ivt sibi soli vacaret q̄d tñ nō cōgrueret. Vnde cuidā sancto viro: qū fuit ei reuelata mors inde ad certū tps futura: dictū est ei ab angelo. Age q̄d agis: operare q̄d operaris: vt refert Grego. in lib. Dialogor⁹. Tertia rō est vt conuersetur homo humanis & injurias: & si scirēt hoies se cito moriturōs: mlti nimis melācholice viuerent: & alios ex hoc amaricarent: & tędiarēt. Primæ duæ rationes sunt. b. Tho. in summa. Debet autē ipsa mors expectari nō solū patiēter: sed lętāter q̄d faciebat Pū. ꝓ hoc orans & dicēs. Educ de carcere aīmā meam. Vbi pōt notari triplex causa siue rō: quare mors nō debet timeri sed desiderari. & prima est: ga ivita ꝑsenti aīa in corpore manet vt in illo loco obscuro tedioso & periculoso cuiusmodi est carcer. Tenebris em̄ inuoluimur ait Iob. c. xxxvij. Miserię replemur & laboribus, iuxta illud Eccl'as. ij. Cūcti dies eius laborib⁹ &: erūnis pleni sunt. Periculis subiacemur mortis criminalis & infernalis sicut q̄ stat in carcere est multoties in periculo vitæ. Propter q̄d clamabat apl's. Infœlix ego hō qs me liberabit de corpe mortis hui⁹? Hęc pā. Pericula inserni iuenerunt me. Secda rō mortē lętāter expectādi est: ꝓpter plenioremet acutiorē diuinor⁹ er dei laudationē. Vñ sudit. Vt confiteatur noi tuo. Nō em̄ aīa cōfitēt deo & laudat eū & cōtēplat: vt velit, ꝓpt' grauamē corpis. vñ dr. Sap. ix. Corpus q̄d' corrūpit: aggrauat aiam: & deprimit terrena ihabitatio sensum multa cogitātē. Et, ꝓpter ħ hea. Andreas pendens in cruce orabat liberari ad hmōi onere. ſ. corpis: q̄d aliq̄n a contēplatione impediebat, ꝓpter necessaria vitę.

Mors nō est timenda triplici ratione

Ro. viij

Tertia est, ꝓpter bonor⁹ consecutionē: Vñ dicit pā. Me expectāt iusti. ſ. in alia vita. Beati aūt mortui: q̄ ī dño moriūt. Apo. xiiij. Si beati ergo oi bono pleni. Et Señ. mors timēda nō est: quā imortalitas aīę sequit. Sicut aūt reposita est corona iustitię his q diligūt aduentū dei. ſ. p mortē. vt dr. ij. ad Timo. iiij. Ita & timere habet de pœna. q q̄s iuste migrat a ęculo. Vñ cyprian⁹ hoc rephēdēs dicit. Qz ꝓpostert q̄z peruersum est: vt cū volūtatem dñi fieri poſtulemus: qn vocat & accersit nos de hoc mūdo: nō stari voluntatis ei⁹? impio paream⁹? Obnitimur & reluctamur & puicaeiū more seruor⁹: cū tristitia & merore añ spectū dñicum cū tristitia & merore perducimur: exeuntes istinc necessitatis vīculo nō volūtatis obsęgo: & volum⁹ ab eo pręmijs cœlestibus honorari ad quē venim⁹ inuiti. xiij. q. ij. q̄z prępostert. Expectāt debite ipsa mors: si pia præparatio fiat ſm dñi hortamentū dicētis, Lu. xij, Sint lūbi vī pcincti: & lucernę ardentes in manib⁹ vestris: & vos similes hoibus expectātib⁹ dñm suū. Vbi tria possunt notari. Primū est a vitiosis delectationib⁹ abstractio: ibi. Sint lūbi vestri pręcincti. In lūbis em̄: est mot⁹ delectatiōis veneręę, ꝓpter q̄d dicit Iob. xl. Qd' fortitudo ei⁹? scilicet diaboli ē in lūbis ei⁹? Cinctura aūt est q̄da restrictio lūbor⁹: signās mortificationē delectationis. Secm est in opib⁹ seruēs dilectio: ibi. Lucernę ardētes ī manib⁹ vr̄is. Lucerna signat mentē siue conscientiam. Ignis ardēs seruens est charitas. iuxta illud Luc. xij. Ignē veni mittere in terrā. Man⁹ sunt opera. Tertiū: ē viua vigilatio: ibi. Et vos similes ho. ex. vigilant em̄ tales: nō solū in prima vigilia: sed in secda & tertia: & quousq̄ veniat dñs. Est em̄ prima vigilia ętas iuuētutis: secda virilitatis: tertia senectutis: in qualibet autē ętate debet quilibet vigilare in cohęrēdo bonis operib⁹: & expectādo dñi aduentū. Signāter aūt dicit expectātibus. ſ. ꝑ illos q impatiētia mori nolūt expectare: sed ꝑuenire dei aduentū: inferentes sibi ꝑ ipsis mortē: q̄d' nullo mō licet nec̄ ꝓpter quācūq̄ miseriā vel tribulationē mundi euadēdā: vt fecit Saul & armiger su⁹. j. Reg. vlt. Et Caro Romanus dicēs. Vticēsis. Nec̄, ꝓpter pcām quodcūq̄ puniē dū: vt Iudas q laqueo se suspēdit. Act. j. Nec, ꝓpter quod cūq̄ pcām euitādū: vt fecerūt quędam mulieres ne violarētur a quodā tyranno: vt habet ī hist⁹. eccle. Nec propter quācūq̄ alią causam: vt exposse dicit Aug. ī. ſ. de ciui. dei. et xxiij. q. v. si nō licet. Et de hac materia pleni⁹ in secda pte in tractatu de homicidio. Vt em̄ dr Eccl'. xj. Mors & vita a deo sunt. Vñ iferre sibi mortē: est auferre q̄d' dei ꝓpriū est. Nā etsi iudex siue rector iuridice occidit in hoc vt dei minister agit: et ideo non male facit. xxiij. q. v. qui malos. Nec est cōtra id q̄d' dr Sap. j. Deus mortē non fecit. ſ. intelligitur em̄ mortē. i. causam mortis: scilicet peccatū. Vnde subdit. Nec lętatur in perditione viuorum.

Cauēda ē nimia tristitia propter mortē a licatus.

§. X. SECVNDO vt DICTVM ē mors aliorū est æquanimiter tolerāda. Et circa hāc q̄dā ex cōpassiōe ē moderate lugēdū. Ex desperatiōe: a nimia tristitia cauēdū. Ex dilectiōe efficacię subuenīēdum. Quātū ad primū dr Eccl'. xxij. Supra mortuū plora: defecit em lux ei⁹?. Vñ & dauid nō solū mortē sibi dilectissimi sonabāt defleuit: sed & mortē Saulis iimicissimi: q eū psequebat pro eo ꝙ ieiunauit: vt habet. ij. Reg. ſ. Et de beato Ambrosio legitur: ꝙ cum audiebat mortē alicui⁹ sancti viri amare flebat. tum ga ꝑcesserat eū ad præmium: tum ga subtra

Moderate fūt lugēdi mortui

ctum esset a fidelib⁹ tale auxiliū: cū paucissimi boni reperiātur. & Eccl'i. xxxviij. In mortuum produc lachrymas: & quasi dira passus incipe plorare. Nec est eōrio: qd' ait apostolus. ſ. ad Thes. iiij. Nō cōtristemini de dormientibus. i. mortuis: sicut & cęteri qui spem nō habēt. Et illud q̄d' ait Chrys. xij. q. ij. vbicūq̄. ij. Vbicūq̄ sepeliamur: dñi est terra & plenitudo eius. ſm q̄ oportet fieri efficiatur. Lugere aūt & deplorare & lamētari eos: q de hac vita decedunt ex pusillanimitate ꝓtingit. Nam vt dicit Gratianus in. §. immediate seq. Hoc intelligit cum fit per desperationē futurę resurrectiōis: vt patet ex ipsis verbis apostoli. Vel etiā cum inordinate hoc fit: vt a gētilibus clamādo: & lachrymādo: & carnes lacerādo & huiusmodi. Sed pietatis affectu & humanitatis intuitu: mortuos lugere non prohibemur: sicut nonnullos sanctor⁹ aliorq̄ exequijs pias lachrymas impēdisse legimus. vt de beato Martino & Dñico & alijs. Secūdo dicoq̄ nimia tristitia: ꝓpter mortē cuiuscūq̄ est cauēda. vñ Eccl'i. xxxviij. dr. Ne dederis in tristitiā cor tuū. ſ. nimiā: sed repelle eā a te. Nec̄ em̄ est conuersio. ſ. ad vitā: & huic nihil ꝓderis. ſ. mortuo: & teipm pessimabis. Et paulo superius rationem assignās pessimationis dicit. A tristitia em̄ festinat mors. ſ. occoperit virtutē ſ. animi: & tristitia cordis flectit ceruicē. Et ſm hoc: intelligit dictū Cypriani. xiij. q. ij. q̄z ꝓpostert. videlicet. Nobis q̄q̄ ipsis minimis & extremis q̄tiēs reuelatū est: q̄z frequēter arcę manifeste de dei dignatiōe ꝓceptū est: vt cōtestarer assidue: vt publice ꝓdicarē fratres nō esse lugēdos accersiōe dñica de ęculo liberato: cū sciamus illos nō amitti sed ꝓmitti. Loquitur em̄ de lugētib⁹ ex desperatione seu cū nimia tristitia. Nec obstat q̄ filį Israel Moysen defunctū plāxerunt. xxx. dieb⁹. Deut. vlt. Nā vt dicit Gratian⁹ xxv. q. ij. fors non est. Multa permittebant in veteri testamento illis: tāq̄ imperfectis quæ tpe perfectionis. ſ. gratię eliminata sunt. Oia etiā in figurā ꝓtingebāt illis: quæ nūc cessant. Vnde & christus ꝓsolās viduā lugētē defunctum vnigenitū qui portabat ad sepulcrū dixit. Noli flere, Luce. vij. Possunt aūt assignari decē rationes, ꝓpter quas: quis debet & pōt ꝓsolari & nō nimis ꝓtristari. Prima rō est: qa deus vult sic. Nō ergo debes ei⁹? resistere voluntati. Vnde Aug. Nihil ē q̄d' de illa aula summi & ęterni nō egrediat: inuisibilis imperatoris. Ei etiā tu petis in oratiōe, fiat voluntas tua: ga volūtas dei est prima causa oīm rer⁹: nec pōt inuēiri ratio: quare sic vult ſm magistrū in. j. sent. placeat igitur homini quicqd placet deo. Et ob hoc ga placet deo: ait Señ. Secda ratio est: quia quęlibet creatura est dei. Ad Rom. xiiij. Siue viuim⁹ siue morimur: dñi sumus. Et ideo sicut nō debes tristari: si is qui mutuauit aliquid illud repetit: sic nec de morte ꝓximi tui. Vñ dicit Hier. Nil absit tuum: qui dignatus est recipere ꝓprium. Et Aug. dicit. Qui perfecte diligit deū: nō cotristatur de morte cuiuscūq̄. Et Iob. j. Dñs dedit: dñs abstulit &c. Tertia ratio est: quia statutū est hoib⁹ semel mori. ad Heb. ix. Et Bern⁹. dicit sup illud. Proprio filio nō pepercit. Si igitur non pepercit figulo: nūquid parcet figmēro? Si ergo cōe est hoib⁹ mori: non debes cōtristari si filio tuo accidat illud & Ambro. in lib. de bono mortis. Quid absurdius: vt id q̄d' scis oibus esse præscriptū: quasi speciale deplores? Quarta ratio est: quia mors liberat hominē a miseriis huius vitæ. Vñ dicit Salomō Eccl's. ij. Cuncti dies eius laborib⁹ al's doloribus & erūnis pleni sunt: nec per noctem quidē mente requiescit. Et ideo noster saluator: in morte Lazari fecit festū dicens. Lazarus mortuus est & gaudeo. Sed in resuscitatione eius lachrymatus est per cōpassionē: quia reuocabat eum ad miserias huius vitæ. Vñ dicit Augu. in li. de visitatiōe infirmor⁹. O mors desiderabilis: o mors oīm præsentium malorum finis: o mors labor⁹ clausura & quietis initium. Quis posset cogitare tuarū vtilitates beatitudinis? Nam male mori nō est christianor⁹: quor⁹ mors ē viuere in christo. Et ratio est: ga dicit Pā. Apud te est fons vitæ. Quinta ratio est: quia de⁹ oia nouit: & videt quid est melius ꝑ homine. & ideo talis moritur: qui se remaneret ī vita: faceret mala & esset de reprobādis cum sit de electis. vl' si nō esset de electis: fecisset peius. Vñ dicit Sap. iiij. Rapt⁹ est ne malitia immutaret intellectū eius: aut ne fictio deciperet animam illius. Fascinatio em̄ nugacitatis obscurat bona &c. Sexta rō est: ga rua accidia & tristitia tibi nocet. & ei nihil ꝓdest, de quo est exēplū. ij. Reg. xij. vbi dicit: ꝙ Dauid donec filį⁹ su⁹ infirmaret: stabat in tristitia & plāctu: post mortē vero filij incipit a se excludere tristitiā & plāctū: & posuit se ad comedendū. Et interrogat⁹ quare hoc feciſſet. Rndit quia ante mortē ei⁹ forte potuisset impetrare a deo per plāctū suum sanitatē filij: qd' nō pōt fieri post mortē.

Roma. vij.

Ioa. xj.

Lcor. x.

Demorte alicui⁹ non ē nimis dolēdū, & rō q̄re non.

Septima ratio est: quia nocet tibi talis tristitia. Ideo dicit Eccl'i. xxxviij. Ne dederis in tristitia cor tuū: sed repelle eā a te: & memēto nouissimor⁹. Noli obliuiſci. Nec̄ em̄ ē reuersio illius: & huic nihil proderis: & teipm pessimabis. dum em̄ homo tāta tristitia absorbet: ain nō habet liberę ad orādū, ꝑ eo quē luget. Octaua rō est: ga multi sunt qui dānant, ꝓpter amorē amicor⁹: qa ſm Aug. sup Gen. ad lterā. Sepe offendit de⁹: ne offendat amic⁹. Multi em̄ dānātur, ꝓpter filios vel vxores & simul. Et ideo cū hoc sit tibi incertū: an si vixisset filius tuus: ipse fuisset cā dānationis tuæ: ideo non debes tristari. Nona rō est: quia resurget. Vñ apl's. ſ. ad Thes. iiij. Nō contristemini de dormientib⁹?: si cut cæterę gētes q̄ spē nō hnt. & xiij. q. ij. q̄z præpostere. & Ambro. Cessabūt lachrymæ meæ &c. Et io dr. Eccl'i. xxij. Modicū plora sup mortuū. Decima rō est: quia si ipe qui mortu⁹ est: reperit se in bono loco debes lętari: qa orabit pro te. Aug. Sic em̄ amici nr̄i a torrēte voluptatis inebriātur: vt nr̄i nō obliuiſcātur. Tertio: mortuis est efficaciter subueniēdū. Vñ Eccl'i. xxxviij. dr. Cōtege corp⁹ illi⁹? scilicet mortui: & nō despicias sepultura illi⁹?. Vñ & Tobi. mul tū deo placuit i sepeliēdo mortuos. Sed nō min⁹ subueniē dū est aię orādo: & alia bona ꝑ ipa faciendo. Et ad ħ facit q̄d' dr. xiij. q. ij. q. diuina. Qui diuina vocatiōe ab hac vita recedūt: cū psalmis tm̄modo & psall̄ētiū vocib⁹ debēt ad sepulcrū deferri. Sufficiat autē: q̄ in spe resurrectiōis christianor⁹: corporib⁹ famulatus diuinor⁹ impēdit cāticor⁹.

Mortuis ē subueniendum.

§. XI. TERTIVM PRINCIPALE

q̄ mors est frequēter memorāda. Vñ dicit Eccl'i. xxxviij. in persona mortui, Memor esto iudicij mei (ſ. mortis) sic enim erit & tuum: mihi heri & tibi hodie. Hinc & Plato. Summa sapientia est: meditatio mortis. Valet em̄ ad multa huiusmodi recordatio: ꝓpter q̄d' dicit. Eccl's. vij. Meli⁹ est ire ad domū luctus: q̄z ad domū cōuiuij. In illa em̄ finis cūctorū admonetur hominū: & viuēs cogitat quid futur⁹ sit. Et primo quidem valet: ad mūdi contemptum. Iuxta illud Hierony. ad Paulinū. Facile contēnit omnia: q sem per cogitat se esse moriturū. Contēnit sane memorās mortem carnis delicias: cum sit a vermibus cōsumenda. Iuxta illud Eccl'i. x. Cum moritur homo: hæreditabit serpentes & bestias & vermes. Cōtēnit mūdi honorificentias: quia vt dicit Pā. Cum interierit (scilicet homo) non sumet oia: nec̄ descender cum eo gloria dom⁹ eius. Vnde & Basilius ad reprimendum motum elationis & gloriæ: cū in diebus ꝓcessionis in pontificalib⁹ eēt ornatus: ordinauit aliquē ex suis familiarib⁹ sibi debere dicere. Pater iube ꝑsici sepulcrum tuum: quia nescis quando moriturus es. Cōtēnit talis mundi diuitias: cum ex eis nihil valeat portare. Iuxta illud Iob. Djues cum dormierit nihil secū afferet: aperiet oculos suos & nihil inueniet. Secūo: valet mortis recordatio ad labores sufferendū. Iob. iij. Quasi effodiētes thesaurum: gaudent nimis vehementer cū inuenerint sepulcrū. Effodiētes thesaurū multū laborāt: vt inueniāt ipm quē sume desiderār. Et quia antiqui in sepulcris suis faciebāt thesauros abscōdere: ideo tales effodientes cū inueniūt sepulcrū gaudent: nihil curantes de labore: sperātes q̄z citissime ad thesaurū quā optabāt puenire viso sepulcro. Sic desiderātes thesaurū supernæ vitæ: cū considerāt q̄ per mortē cito ipm cōsequunt: fortiores reddūtur ad labores & passiones: intelligētes illud apl'i. ad Ro. viij. Nō sunt ꝓdignæ passiones hui⁹? tpis: ad futurā gloriā q̄ reuelabit in nobis. Hinc & Aug. in sermone. Quicqd ſquit pro nōie christi: si vinci pōt tolerabile est: si vinci nō pōt migrare hinc faciat: non aufert. sed accelerat ipsam requiem: ipsam dulcedinē: quæ cū venerit sine fine erit. Valet tertio ad pcām cauēdū vt dr Eccl'i. vij. In oib⁹ operibus tuis memorare nouissima tua: & in ęternū nō peccabis. Sicut econuerso dicitur Threñ. j. Sordes ei⁹? in pedib⁹ eius, sordes peccator⁹ ei⁹?. ſ. animæ in pedibus. ſ. affectū. Nec est recordata finis sui. Cum enim quis considerat mortē: delectationē oēm peccati deficere sentit. Et cū punitionē audit: dicēte dño Apoc. xviij. Quātum glorificauit se & in delicijs fuit: tantū date ei tormen-

Memoria mortis valet.

Iob. xxvij.

Figura perpulcra.

tum & luctū: cauet sibi a pctō. Et ad hoc Ioan. Damas. ponit talē similitudinē. Quidā dum a facie vnicornis: ne ab eo deuoraretur velocius fugeret: in quoddam baratrū magnum cecidit. Dū aūt caderet manibus arbusculā quandā apprehendit: & in basi quadam lubrica & instabili pedes fixit. Respiciens vero vidit duos mures: vnū albū & alterum nigrū incessanter radicē arbusculæ quā apprehenderat corrodentes: & iam prope erat vt ipsam abscinderent. In fundo autem baratri vidit draconē terribilē spirantem ignē: & aperto ore ipm deuorare cupientem. Super basem vero: vbi comitantē tenebat vidit quatuor aspidum capita inde prodeuntium. Eleuans aut̄ oculos vidit exiguum mellis de ramis illi⁹ arbusculæ exire: oblitusq; periculi in quo vndiq; positus erat seipsum dulcedini illius modici mellis totū dedit. Quis igitur hominē istum nō iudicaret insanū qui ita attendit ad illud modicū delectationis habendū: q; tam multiplicis periculi obliuiscit: tāq; cœcus esset ac ipm nō videret. Et ideo orabat p̄. dicēs. Illumina oculos meos ne vnq; obdor. in morte. i. in cōsideratione & memoria mortis. Ne quādo dicat inimicus meus. s. diabolus: ꝺ præualui aduersus eum. s. p pcm̄. Vnicornis igit mortis tenet figurā: quæ hoies semper ꝑsequit & apprehendere cupit. Vñ dicit. Iob. xxxix. Nūquid volet rhinoceros seruire tibi. Rhinoceros ē vnicornis: & iste nō vult alicui seruire: qa mors nemini vult subiici vel parcere: ita vt elephantem etiam cornu in vētrem figens interimat: qa scilicet mors: quēcūq; virtute vel sciētia vel pcte magnū interemit. Baratrū siue fossatū mūdus est: oibus malis plenus. Arbuscula vniuscuiusq; est vita: quę per horas diei & noctis quasi per murem album & nigrum incessanter consumitur & incisioni appropinquat. Basis quatuor aspidū corp⁹ est ex quatuor elementis cōpositū: quib⁹ inordinatis corpis cōpago dissoluit. Draco terribilis: est infern⁹ cūctos deuorare cupiēs. Dulcedo ramusculi mellea: est delectatio fallax mūdi: p quā hō seducit ne suū periculum intueatur. Et sic dū mundi delectationib⁹ vacat: & se moriturū nō cōsiderat: cōsumpta radice arbusculę & base destructa: in fossatū cadit: & ibi desideriū pctōr⁹ peribit. Sed dū mortē bene recogitat propinquā mel dimittit delectatiōis mūdanę: & pcm̄ & periculū euadit. Et ideo dicitur Eccl'i. xxxvij. Memēto nouissimorum tuor⁹ & noli obliuisci. Et sic pōt intelligi illud a saluatore nostro parabolice dictum. Recūbe in nouissimo loco. Luce. xiiij. ideſt requiesce in consideratione mortis.

Mūdus est barathrum.

§. XII. NOTA QVOD TRIPLEX

est mors spiritualis: scilicet

¶Mors criminalis indefectionis.
¶Mors claustralis conuersationis.
¶Mors infernalis cruciationis.

De mor te criminali.

Quātū ad primū dicit Ezechie. xviij. Anima quę peccauerit ipa morietur. Per peccatū homo occidit aiam suam. Vbi nota: q; peccator assimilatur mortuo ꝓpter tria. s. primo propter cōsimilē defectum: ꝓpter simile effectum: ꝓpter cōsimilē aspectū. De primo moriēte corpore: talis est processus in deficiendo. Primo corp⁹ distēperat & discrasiatur. Secꝺo infirmat. Tertio morit. Quarto: portat extra domum. Quinto sepelitur. Sexto a vermibus cōsumitur. Isto modo anima primo distēperat & discrasiatur: per tētationē & cogitationem de peccato. Secūꝺo, infirmatur: p comitantē delectationem. Tertio moritur: per cōsensum. Quarto asportatur & elōgatur ab hominibus: per culpæ siue abominationē & diffamationē apud homines. Quinto sepelitur: per malam consuetudinem. Similiter em̄ terra vel lapis superpositus onerat & opprimit corp⁹: vt nō resurgat etiam si posset. Ita mala consuetudo: quę est quædam moles grauissima: opprimens & incitans hoiem ad peccandū. Vñ Aug. viij. lib. confes. c. v. Lex peccati est violentia cōsuetudo: quare trahit & tenet etiā inuit⁹ animus: eo merito quo in eam volens illabitur. Et in eodē libro loquens de statu peccati ante baptismū suū ait. Suspirabam inquit ligatus non ferro alieno: sed mea ferrea voluntate. Velle meū tenebat inimicus: & inde mihi catenā fecerat. Costrinxerat me: quippe ex voluntate peruersa facta libido: & dum seruitur libidini facta est ꝙsuetudo: & dū cōsuetudini non resistitur facta est necessitas. hęc Aug. & hęc cōsuetudo peccandi cōparat sepulturæ Lazari: ſm eundē in

Peccator assimilatur mortuo propter tria.

sermone dñi in mōte lib. i. c. xiij. Et sicut videtis istis maximis & nobilibus: fiūt sepulcra honestissima de marmore vel de alijs lapidib⁹ honestis seu lignis cum picturis & figuris: quę simul ornāt & honorant. Ita istis magnis & potentib⁹ mortuis per peccatum faciūt adulatores sepulcra dealbata & depicta. i. palliantes & ornantes & excusantes: immo cōmēdātes peccata potētum. Quia laudatur peccator in desideriis aiæ suæ: & iniquus benedicit. Et istivis dentur eos honorare & ornare: & ita faciunt: sed tū simul cū hoc onerant & opprimūt miseros: vt nō resurgant per pœnitentiā de peccatis. Vñ multū notat Greg. iiij. moral. c. lxxv. & lxxvj. q; christus tres mortuos suscitauit: puellā in domo: iuuenem in porta. Lazarum i sepulcro. Quartū vero mortuū: discipulo nūciāte cognoscit: sed eū nō suscitat: quia valde difficile est: vt is quē post vsum male consuetudinis: etiā adultimū adulantiū linguę: excipiūt a mētis suę morte reuocetur: de quo etiam bene dicit. Sine mortuos sepelire mortuos suos. Mortui enim mortuos sepeliunt: cū pctōres pctōrē sauorib⁹ præmunt: erat aūt Lazarus mortuus: sed nō sepultus a mortuis: sed a fidelib⁹ mulieribus. Sexto: corpus mortuum a vermib⁹ cōsumitur: & mēs priuata vita gr̄æ a verme cōsciētię desperatiōis & sinalis ipœnitētię: corrodit & mordet. Sic ergo cōuenienter pcm̄ dicit mors ꝓpter cōsimilē defectū vel, pcessum desciēdi: sic em̄ intrat in animam: sicut mors in corpus. Ro. v. Peccatū intrauit in mūdū: & per pcm̄ mors. Secūꝺo ponitur pcm̄ mors: ꝓpter consimilē effectū. Mors nāq; facit corp⁹ rigidū & frigidū & fœtidū: putridū & horridū: terræū atq; pōderosum. Isto mō pcm̄ mortale: facit aiam rigidā & superbā & inobedientē ad deū. Prouer. xvij. Cum obsecrationibus loquit pauper: & diues. i. superb⁹ effabit rigide. Frigidū p inuidiā quā vocat ꝓpheta malitiā. Hiej. Sicut frigidā facit cisterna aquā suā: sic frigidam facit animā malitia sua. Fœtidā per luxuriam. Esaię. xxxiij. Decadauerib⁹ eor⁹ ascēdet fœtor. Putridā per gulæ immoderantiam: per quā sensus & ratio sopiuntur & sepeliūtur: & homo in asinū cōmutat. Hiere. xxij. Sepultura asini sepelietur: putrefactus & ꝑiectus. Terręna per auaritiam quæ nihil sapit nisi terræna: vt dicat tali aiæ: sicut talpæ dixit natura: & serpēti dixit deus. Gen. iij. Terrā comedes cūctis diebꝰ vitæ tuæ. Pigrā p accidiā: quæ nihil boni operatur. Prouer. xiij. Vult & nō vult piger. Et sic cōueniēter pcm̄ vocatur mors: ꝓpter cōsimilē effectū. Ro. vj. Pcm̄ vt appareat pcm̄: p bonū mihi operatū est mortē: vt fiat supra modū peccās pcm̄ p mandatū. Tertio: ꝓpter cōsimilem aspectū. Quārūcumq; em̄ homo fuerit amabilis: pulcher & delicatus: statim post mortem erit horribilis: turpis & abominabilis: & a cōsone hoīm separandus. Sic aia: ante peccatum pulcherrima & formosa esse videtur. iuxta illud Cant. iiij. Tota pulcra es amica mea: & macula non est in te. Sed per pcm̄ spoliatur gratuitis: & vulneratur naturalib⁹: fit fœtida & abominabilis corā deo: vt dicat illud Ezech. xvi. Ad omne caput vitæ: ędificasti signū prostitutiōis tuę: & abominabilē feciſti decorē tuū. Et tūc per peccatū anima misera separatur a cōmunione fidelium: & ab amicitia dei & angelor⁹ bonor⁹. Prouer. xiiij. Miseros facit pp̄los pcm̄. Fatuissim⁹ operarius est ille: qui difficilimis laboribus se fatigat: & tamen nihil stipendij vel mercedis in fine reportat. Quot laboribus & periculis difficilib⁹ se exponūt hoies pro peccato: isti pro voluptatibus: illi ꝓ cupiditatibus: isti ꝓ vanitatib⁹: inexplicabile est dicere. Et quod erit stipendium: certe mortis supplicīū: & infernale suspēdiū. Roma. vi. Stipēdia peccati mors. Et ideo postq; Salomon præmisit Sapi. i. Nolite zelare mortem in errore vitę vestræ: signanter adiunxit. Neq; acquiratis perditionē in operib⁹ manuum vestrarum: quasi di. Nullum aliud lucrum habebitis ꝓ peccatū. Et quia manus est organum organorum hominis: sicut dicitur. iij. de anima ideo male operatiōes quæcūq; homo potest exercere per opera manuum suarum prohibentur.

Pctōr miser.

§ XIII. QVANTVM AD SECVN

dū. Sācta religio figuratiue vocat mors. Vnde vulgariter regulares dicūtur mortui: & ſculares viuētes: tñ malus ſcularis est vere mortuus: & bonus regularis vere viuens. Nā malo ſculari dicit Apoc. iij. Nomē habes q; viuas: & es mortuus es. Et de sanctis dr̄. ij. Cor⁹. vj. Quasi morientes: & ecce viuimus. Mortui aūt sunt pctō: viuētes autem deo in christo Iesu. Quare aūt religiosi mortui dicantur: possunt aliquæ cōgruitates adduci. Primo enim tāq; moriturus condit testamētū suum in quo legat aiam deo: corpus tumulo: facultates habitas & habēdas resignat mūdo. Executores aūt istius testamēti cōstituit ꝑlatos suos: quorū custodiæ: tā corp⁹ suū q; animā tradit. Item moriturus incipit amittere calorē suū naturalē: postea vsum sensuum exteriorum: sicut visus: auditus: & huiusmodi. Tādē vltimo motum suum ꝓpriū: ita q; si moueri debeat de loco ad locum: oportet q; hoc fiat p aliquos, non p seipsum: pannus ei tribuit breuis & incerta mēsura: & sic finaliter absc̄ditur in sepulcro. Isto modo moraliter ingrediēs religionē. Primo amittit oēm calorē naturalē: hoc est oēm amorem carnalem & mūdialem: amicorum & parentū: quo possit a mūdi cōtēptu & a sctā cōrēplatiōe retardari. Secꝺo amittit quasi vsum sensuū exteriorū: p honestā & religiosā custodiā: videlicet visus: audit⁹: tact⁹ &c. Tertio pdit q̄si loq̄lā: p silētiū locis & tpibus cōueniēter seruatū. Silētiū nāq; iuuat: ad mētis refectionē & gratiā cōsequēdā. In cuius figura Zacharias mutus genuit Ioānē. i. gratiā. Luce. i. Quarto pdit motū ꝓpriū videlicet volūtatem: qa nusq; se mouet aut alio vadit: nisi p obediētiā vel licētiā ꝑlatorū. Quinto sibi tribuitur pānus modicus: qa habitus vilis ad necessitatē nō ad superfluitatē. Et sexto: tādē absconditur in claustro q̄si in sepulcro suo: ne p ſculi tumultus a sanctis occupationibus perturbetur. Vñ istis mortuis dicitur. Col. iij. Mortui em̄ estis: & vita vestra absc̄ondita est cum christo.

Religio assimilatur morti.

§. XIIII. QVANTVM AD TER

tiū. dico q; tertia mors est infernalis cruciatiōis. Et hæc est ecōuerso dereliēda. de qua pō. Sicut oues in inferno positi sunt: mors depascet eos. Ouis est stolidissimū pecus: & iter alias cōditiōes hoc habet: q; si sit i domo accēsa, nullo mō exit ab igne: sed magis ingerit se igni. Sic dānati in inferno: sic effecti sunt stolidi: & malitiā obstinati: q; de inferno: qui est eis quasi dom⁹ accensa nūq; exibūt. Et hęc est mors secūda. Apoc. ij. de qua i pō. Mors pctōr⁹ pessima. Huic cōtraria vita æterna. De qua loquēs Ambr. ita dicit. Ibi est vita sine morte: dies sine nocte: gaudiū sine merore: tranquillitas sine labore: fortitudo sine debilitate: rectitudo sine peruersitate: pulcritudo sine deformitate: veritas sine fallitate: charitas sine inuidia: fœlicitas sine miseria. Itē querit: vtrū sit licitū ab aliquo moriēte: recrere q; reueleri ei statū suū post mortē? Rndit de hoc beat. Tho. in quadā q̄stiōe de quodlibetis. Qd' cū pcm̄ sit p̄ naturā: vt pater p Damas. in. ij. lib. Requirere impletionē naturalis desiderij non est pcm̄: nisi aliqua inordinatio adiūgat: sicut patet in sumptione cibi & por⁹: hō autē naturaliter scire desiderat. Vnde si requirat alicuius rei notitiam. nō est pcm̄: nisi forte p accidēs: hoc est p aliquā inordinationē adiūctā: puta si per studium alicuius sciētię aliquis impediatur ab officio pdicatiōis debitæ: vt ꝓpter studiū geometriæ: aut etiā si quis iquirat aliquid cognoscere superbe & p̄sumptuose: aut si qua alia inordinatio circa hoc cōtingat. Nulla autem inordinatio in hac inquisitione videt: si quis inquirat a moriente cognoscere statū eius post mortē: subiiciendo tamē hoc diuino iudicio. Vnde nulla ratio esse videtur: quare debeat dici hoc esse peccatū: nisi forte ex dubitatione fidei de futuro statu: quasi dubitando inquirat.

Regrere ab aliq̄ vt reueleſtatū ſuū: post mortē an ſit ſalua tum.

¶De tribus nouissimis mortis. Cap. ij.

Demor te infernali.

TRIA SVNT NOVISSIMA

in morte: & ideo dicit in plurali: memorare nouissima. Primū est aię separatio. Secꝺm: est separate ad deū pūtatio. Tertiū: est pūtate sentētiæ illatio. Quātū ad primū sciēdū: q; in separatiōe aię a corpore: cōiter supuenit multiplex bellū durū & grauissimū: qd' christ⁹ ſinuauit sub ſimilitudine obſidionis Hierosolymæ dicēs. Circūdabūt te inimici tui vallo: & coangustabunt te vndiq; & ad terram ꝓsternēt te. Luce. xix. Et ratio nē assignat dicēs. Eo q; non cognoueris rēpus visitationis tuæ. s. recipiendo christum p gratiā & dilectionē. Et in prędictis verbis notatur triplex bellātiū genus: cōtra animæ ciuitatem in nouissimo. s. separationis eius a corpore.

Triplex ge

¶Primū: est dæmoniorū infestatio. ibi. Circundabunt te.
¶Secundum: est propinquorum molestatio. ibi: & coan-

gustabunt te.

nus bel lātium.

¶Tertium: est sensuum fatigatio. ibi. & ad terram prosternent te.

§. I. QVANTVM AD PRIMVM

dicit Greg. in Homel. ipsi⁹ euāgelij: q; diabol⁹ ꝑcipue aggredit hominē in fine grauissime & astutissime tētās: sciēs plus tpis nō sibi restare ad seducēdū. Et in hui⁹ figurā dixit dñs antiquo serpēti. Tu insidiaberis calcaneo ei⁹. s. creatura rōnalis: cui⁹ calcaneus corporalis est extremitas corporis finē vitę designās. Et sicut serpens in cauda dicit habere venenū: ita in fine hoīs: tentatiōes oīs malitiæ fugerit. Et de hoc pō. xvj. Inimici mei aiam meā circūdederūt: adipem suum concluserūr: os eor⁹ locutū est superbiā. Inimici nostri maximi sunt dæmones: & hi aiam vallo circūdant: cū pcta cōmissa ante mentē ponūt: vel diuersa tentamenta suggerunt hincinde. Adipē suū cōcludūt: quia abū dārē malitiā suā in aiam includere quærūt. Os eor⁹ loquitur superbiā: dū videlicet de infidelitate vel de desperationis crudelitate: vel de cōfessionis taciturnitate moriētem tentāt: quæ oia ad superbiā pertinēt. Cū em̄ sciat: quia sine fide impossibile est placere deo. Heb. xj. Et dubius in fide sit infidelis. extra de hęr. dubius. Ideo ad dubitandum de fide conatur inducere. Sed dicit Apoca. ij. Esto fidelis vsq; ad mortē. s. inclusiue & dabo tibi coronā vitæ. Vnde legitur de quodā magno doctore q; cū esset in extremis cōstiturus: diabolus aduenies suggerēdo: cæpit alloqui mentē ei⁹: & quærere qd ipse crederet. Rndit aūt ille cogitationi talī: se credere qd' credebat eccl'ia. Et vlterius ille q̄siuit quid eccl'ia crederet: & respōdet articulos qui in symbolo cōtinētur. s. deū trinum & vnū dei filiū: a virgine cōceptū & natum & hmōi. Cui subdidit suggestio diabolica. Nonne philosophia q̄ ſm rōnē est vt didicisti: docet hoc impossibile fore. Et sic intrās ipse disputationem sup hmōi: existimās, ꝓpria virtute rōnis illā expellere: in incredulitatē incidit & mortuus est. Inde ad paucū tēpus alius doctor infirmatus ad mortē: cui apparēs prędict⁹ mortu⁹: quia sibi familiaris & not⁹ interrogauit de fide sua ne forte erraret. Cui ille respondit. Credo: quod credit sancta mater eccl'esia. Et ille. Quid credit eccl'esia? Rndit infirm⁹. id quod ego credo. At ille iterū inquit: & tu quid credis? Rndit idē quod prius. s. qd' credit eccl'esia. Et sic pluries interrogando: nunq; potuit eū de prædictis terminis educere: nec in desperationē ponere: propter qd' demū ille mortuus exclamans dixit. Heu mihi quare nō sic feci in infirmitate mea vltima: volui dispurare cū diabolo: confidēs ex superbia mea de ꝓprio ingenio: ex quo succubui de fide dubitans: & ꝓpter hoc ęternaliter dānatus sum. Ponūt autem & isti inimici dęmones aliā obsidionem & vallū. s. desperationis: & certe periculosa est desperatio: vt dicit. ij. Reg. ij. immo nil periculosius & ideo per maxime de desperatione tentat. Quod etiā fecit erga beatū Bern. Nam vt habetur in eius legenda: in graui infirmitate cōstituto superuenit sibi tentatio desperationis de sua salute: considerans se in multa negligentia deo seruisse: & se nil quasi boni feciſſe: vnde tm̄ prædium gloriæ recipere deberet: sed illustrat⁹ a deo respondit tentatori. Fateor nil feciſſe dignum tanto prędio: sed christ⁹ dei filius duplici rōne illud obtinet. s. merito passionis: & ratione hęreditariæ successiōis: qa naturalis filius dei: ipse vna rōne cōtētus est tm̄ possidere. s. inquantū filius: merito aūt passionis spero mihi certitudinaliter velle alargiri. Sicq; confusus est inimicus: & nō ꝑualuit cōtra eum: sicut contra Cain qui dixit: maior est iniquitas mea: q̄ vt veniā merear. Gen. iij. Et sicut Iudas: qui laqueo se suspēdit. Aliquos inducit ad taciturnitatem cōfessionis alicuius peccati: vel ad nō restituēdum. Taciturnitas aūt talis ex superbia oritur: vt dicit de pœni. di. j. quis aliq̄. §. taciturnitas. Vnde in vitis patrum legit: q; cuidā ꝓbo religioso in infirmitate cōstituto: apparuerunt duo dæmones in forma angelor⁹ bonorum dicētes se missos a deo: vt portarēt aniā eius ad cœlū: sed ita grauē reperiebant q; nō possent deferre. Nihilomin⁹ darent sibi modū ad alleuiandū peccata sua: videlicet vt exinde teneret silētium firmissimum. Quibus recedētibus illis: nulli loquebatur nec respondebat. Quod perpendēs quidam sanctus vir & expertus visitans eū cæpit admonere: ne pmitteret se dæcipi a diabolo: qui se aliq̄n transformat in angelum

Despe ratione nil peri culosi⁹.

Marth. xxvij.

Exēplū ex vitis patrū.

Iucis. Ex cuius verbis illuminatus locutus est: & reuelauit quomodo sibi apparuerant illi duo: & quid dixerāt: & ꝙ postea recordatus fuerat de quodam peccato mortali cōmisso in sæculo: de quo nūcꝙ cōfessus fuerat ex obliuione quod subito confessus est: als fuisset dānatus. & sic detectę sunt inimicoꝝ insidiæ. Sic igit circūdabūt te inimici tui: vallo tētationum in fine. Nā & ad christū accessit in cruce pendentē: sicut ipse ait Ioan. xiij. Venit eñ ides veniet princeps mundi huius ides diabolus: & in me non habet quicꝙ. i. peccati. Sed & beatus Martinus cū ipsum vidisset in extremis constitutus, ait. Quid hic adstas cruēta bestia &c. Quāuis ergo graues sint eius tentationes: tamen qui recte viuit & verū membrum christi est: ipse qui caput est nostrum pro eius pugnat & vincit: sicut & ipse ait. Confidite quia vici mundum, i. peccata & tentationes mundi.

Io. xvj.

§ II. QVANTVM AD SECVNdū. Aliud genus bellātiū inimicoꝝ: est multitudo consanguineoꝝ: de quibꝰ dicit Mich. vij. Inimici hoīs domestici eius. i. consanguinei: & illi multum coangustant. Primo qdē: qa durū est sibi deserere filios & vxorē & alios quos inordinate diligit. Vñ Augu. de sero pœnitēte ait. Quem morbꝰ vrget: & pœna terret: ad verā vitā venit satisfactionē: maxime cū filiꝰ quos illicite dilexit sint pītes: & vxor & mūdus ad se vocet. de pœni. dis. vij. nullus. Et frequēter ex inordinato amore filioꝝ: potius volūt perdere aiam ꝙꝫ aliena restituere ne pauperes remanēāt. Vnde de quodam vsurario legit i infirmitate cōstituto: ꝙ cū filiꝰ psuaderēt ad restituēdum. Ille rñdit: ꝙ si hoc ageret ad hospitale eos re oporteret. Morit igit sine restitutione facta: post mortē vnus filiꝰ totā partē sibi cōtingētē restituit: & dei seruitio se mācipauit. Alter vero retinuit suā partē mūdanis dedit⁹: & inde ad modicū mortuus est. Quadā autē die cum oraret ille qui restituerat: vidit terrā aperiri: & in centro ignē infernalē, ibiq; iacere filiū sup patrē, alterq; alterum maledicere: pater filiū eo ꝙ amore eius illicite acquisierat nec satisfecerat. Filius patrē: eo ꝙ talia male ablata sibi dimiserat. Coāgustāt tales inimici domestici morientem in quātum vnus quærit sibi legari tm: alius tm: & tota eorū solicitudo est de lana, nō de aia. Aliqñ etiā incipiunt eua cuare capsas: quod videns infirmus nō parū angustiatur: & de euentu familiæ suæ. Coāgustāt aliqn: quia volentem de suis disponere nō pmittūt: nec ad eum ingredi dōctum religiosum: ne forte faceret sibi cōscięntiam de restitutiōe: vel eleemosynis pauperibꝰ dādis: decipiūt eum dicētes: cito sanandū: cum tm sit periculū. Medicus etiā qui vt domesticus assumitur: nō seruat præceptū ecclesiæ. de pœni. & remiss. cū infirmitas: quia nō admonet primo vt mittat pro cōfessore. Et ideo bene dicit Hie. ix. Vnusquisq; se a pximo suo custodiat: & in omni fratre suo nō habeat fiduciam: quia omnis frater supplātās supplantabit &c.

Quō cō sanguinei bellant cōtra moriētes.

Historia vsurarioꝝ.

§. III. QVANTVM AD TERTIum. inimici nostri domestici sunt sensus nostri figurati: ꝙ qnq; fratres diuitis epulonis: de qbꝰ Pś. lvij. Eripe me de inimicis meis deus meꝰ. Vtiq; inimici nostri sunt: qui furantur præciosissima. s. animā Threñ. iij. Oculus meus deprædatus est aiam meam: & sic de aliis. Isti aūt cū organis suis laborāt & paulatim deficiunt: & ita animā defatigāt vt vix valeat infirmus aliquid de salute cogitare: sed quo modo possit sanari & habere gustū ciboꝝ & hmōi. Vnde Pś. vj. Nō est in morte qui memor sit tui. Demum ad terram, pternūt dolores ipi corporis. Et sicut arbor magna: quæ habet plures radices in terra multū defixas: cū per securim inciditur: magno impetu, pternit ad terrā. Ita cum anima separat a corpore per securim mortis: cū extrahere habeat oēs potērias & vitā ab organis corporis: fit hoc cū maxima violētia & dolore: & pcipue in peccatoribꝰ. Vñ Eccli. xli. dr. O mors ꝙ amara est memoria tua: hoi pacem habenti in substātijs suis viro quieto &c. Sed electos suos in hmōi bello humoꝝ: ad seinuicē bellātiū deus mirabili ter cōsolatur. vnde Grego. in. iij. Dial. dicit. Iusti aliqn in morte sua sctoꝝ pręcedētiū visiones aspiciūt: ne ipsam mortis suę pœnalem sentētiam ptimescāt: & sine dolore & formidinis fatigatiōe soluant. Et aliqñ sanctos eis apparētes aspiciūt. Exemplum de pręsbytero qui dixit sorori. Tolle igniculū: adhuc foculus est: cui apparuerūt apli Petrus & Paulus. c. xij. in. iiij. Dial. Aliqñ angelos vidēt, exemplum in Stephano. c. xxix. i eo. lib. iij. Et de beato Nicolao epo. Aliqn vident virginē Mariā. Exēplum de Musa. c. xxvij. lib. iij. Aliqñ dñm nīm Iesum christū. exēplū de Tharsilla. c. xvj. eo. lib. iij. Aliqñ sentiūtur cœlestes melodiæ: & odor sentiť & lux videť: sicut in seruulo paralytico. c. xv. eo. lib. iij. Ecōtrario: mali in morte vident dęmones eum magno ipetu & violentia extrahētes aiam de corpore vel deuorātes: sicut habet in vitis patrū. & in. iij. Dial. de hęremita hypocrita: qui dixit se paulatim absorberi a dracone &c. Memorare ergo istud primum nouissimum.

De sensuū fatigatiōe.

§. IIII. SECVNDVM NOVISSImū aię sepatę ē ante deū pītatio: vt eñ dicit apls ad Heb. ix. Statutū est hoīb⁹ semel mori: & post hoc iudiciū: iudiciū. s. particulare discussiōis de aia q ei pītať. Vñ pś. Deus iudiciū tuum regi da. i. o deus pater da. i. dabis iudicium. s. discussionis & examinationis. regi. s. christo qui est rex regū & dns dnantiū. Et infra. Iudicare. i. ad iudicā dū populū tuū in iustitia. Ante ipm oportet nospītari. iuxta illud apli Rom. xiij. Oēs stabim⁹ ante tribunal iudicis christi. Et. ij. Cor. v. Omes nos manifestari oportet ante tribunal christi. Et quia vt dicit Greg. Qualis quisq; hinc egreditur talis in iudicio præsentabiť. dist. xxv. qualis. Ideo vt dicit sapiēs. Eccli. xviij. Ante iudicium para iustitiā. i. opera iusta cū qbꝰ cōpareas. Nā oia alia te deserūt: nisi opera tua. Apoc. xiij. Opera illoꝝ. s. mortuoꝝ sequūtur illos. Vnde Io. damas. circa hoc ponit similitudinē talem. Fuit qdā hās tres amicos: vnū diligebat plus ꝙꝫ se: aliū sicut se: tertiū minus se: & satis parū. Hic cū fuisset citatus a dño suo ad rndēdū in curia sup factis suis: vñ sibi periculū mortis imminebat: accessit ad primū: rogās vt cū eo iret & eū iuuaret. q rndit se nō posse, ppter alias occupationes: tn propter amicitiā suā si sniam mortis acciperet: daret ei saccū cilicinū ad eū inuoluēdū. Ad aliū accedēs, p simili causa: etiā ille se excusauit: sed tn, ppter amicitiā eum assōciaret vsq; ad curiā. Ad tertiū accedēs cū verecūdia & pfusione: qa parū dilexerat: rogauit similiter vt eū associarer. Cui ille. Licet parum mihi dilectionis ostēderis: nihilominꝰ no lo te deserere: sed ad iudicē tecū volo venire & p te loqui. Hō hic significat quēlibet pctōrē: q habet tres amicos: mūdū quē diligit magis ꝙꝫ se. i. salutē suā: cōsanguineos sic diligit vt se: & aliqua bona opera: q tn parua sunt: & cū modica affectiōe facta. Cū aūt citatur p mortē a dño: & multū habet timere de snia dāda: vtiq; mūdꝰ nimis amatꝰ ab ipo nō comitatur eū: sed dat sibi, p cadauere cooperiēdo saccū vilem. Cōsanguinei etiā nō vadūt ad iudiciū ad intercedēdū, p eo: sed associāt vsq; ad ecclesiā sunꝰ. Sed bona opera eū comitātur. & si sunt facta in charitate eum defendūt. Vnde Amb. Nō sunt hoīs bona: quę secū ferre nō pōt. s. tēporalia. Sola mia comes ē desiderioꝝ. Cū igit aia deo pręsentať exigit rō ab ea. sm ꝙ parabolice habeť Matt. xviij. de rege qui voluit rōnem ponere cum seruis suis.

De secundo nouissimo.

De ghē rōred dēda.

¶ Et primo: ponit rationem de bonis naturalibus.
¶ Secundo: ponit rationem de bonis spiritualibus.
¶ Tertio: ponit rationem de bonis temporalibus.
¶ Quarto: ponit rationē de peccatis admissis & dimissis.
¶ Quinto: ponit rationem de faciendis omissis.
¶ Sexto: ponit rationem de subditis commissis.

Quantū ad primū dicit apls. i. Cor. iiij. Quid habes qđ nō accepisti? q. d. nihil. Ipse eñ deus te fecit quātū ad corpus: & possedit quātū ad vitę cōseruationē: & creauit quātū ad aiam. Deut. xxxij. Sūt autē bona naturalia figurata per talēta plura vel pauciora cōmissa a dño seruis suis ad lucrificādū: vt habetur parabolice Mat. xxv. nā vni dedit quinqꝫ talēta: alteri duo: alij vnū tm. Et post certū tps venies: vocauit eos vt rōnē redderēt de lucro. Vnū igit talētum pōt dici esse liberū arbitriū: qđ oīb⁹ datť adultis: nisi fatuis qui nō habēt reddere rōnē. Et hoc solo sine sanitate corporis & alijs bonis rpalib⁹ pōt multa facere. s. ad gratiā se pparare si eā nō haber. Et certū est: sm beatū Tho. in iij. ꝙ nulli eā subtrahit faciēti qđ in se est: & receptā pōt & deber augmētare. Vñ Eccli. xv. dr. Deus creauit hoiem: & reliquit eū in manu cōsilij sui. i. ptāte arbitrij: posuit añ eū malū & bonū: ad qđ voluerit extēdat manū suā. Duo talēta sunt liberū arbitriū quo ad aiam: & valitudo corporis q a deo dāť. Vñ Pś. xxvj. Dns illuminatio mea. i. causa illuminationis

Nota si militer dicē.

Compatio gratiæ.

est de præmio obseruationis huius præcepti. Vbi sciendũ ſm Tho. ꝙ ad nullum aliud præceptum ponitur remuneratio obseruatoribꝰ eius nisi ad istud. ſ. in decalogi descriptione. Et ratio est scdm eundem. ii. nõ quia & aliorum impletio nõ habeat præmium sicut & istud, sed quia cum istud sit valde de instinctu naturæ. ſ. honorare parẽtes: poterat aliquibꝰ oriri estimatio: & ex hiõi obseruatiõe nil mereri cum natura ad hoc instigat & sic minus solicite impleret: sed propter hoc non caret mercede sua a deo: & ideo ponitur præmium. ſ. longeuitas. i. longa vita: vt sis ait lõgæuus super terram, viuentium vel morientium. Est autẽ quadruplex vita. ſ. vita naturæ: vita gratiæ: vita famæ vita gloriæ: & in qualibet sit longæuus per honorationem parentum. Quãtum ad vitã naturæ dicitur. Eccli. iii. Qui honorat patrem vita viuet lõgiori. Quia pater est principium actiuum generationis: ideo frequentius fit mẽtio in scriptura de honore patris q̃ matris: sed sub eo includitur etiam honor maternus eadem ratiõe: quia principium generationis: etsi passiuum. Multum autem congruit talis remuneratio huic operi. Nam qui bene vtitur beneficio cõcesso meretur sibi illud augeri. Quia ergo beneficium vitæ posse deum habeat a parentibꝰ: & benevtitur eos honorando: dignum est vt augeatur ei vita. Quod autem aliqñ contrarium inueniatur: quia honorantes parẽtes cito morianꝫ: & inhonorantes diu viuant: hoc accidit occulto dei iudicio propter aliud melius nobis ignotum. De vita gratiæ dr̃ Eccli. iii. Qui honorat patrem suum iocũdabitur in filijs vel naturalibus: quia bonos habebit honorantes eũ: vel spiritualibus, quæ sunt bona opera quæ multiplicabũtur ei per gratiam: & dant ei iocunditatem spiritualem. Et subdit. In die orationis suæ exaudietur. De tertia dicit Eccli. iii. Gloria hois ex honore patris sui, & dedecus filij pater sine honore. Gloria aũt dicit clara fama cũ laude. Et iterum ibidem. Oꝛ malæ famæ est q derelinquit patrem: & est maledictus a deo q exasperat matrem. Dicitur autem bona fama quasi quędam vita: quia per hanc viuit homo in memorijs aliorũ. De vita gloriæ dicit Eccli. iii. Honora

Remuneratio honorans parentes.

quadruplex vita q̃ reꝑ tur honorans parentes,

Castigatio debet fieri filijs.

Universidad de Deusto
Biblioteca

patrem tuũ vt superueniat tibi benedictio a deo.s.gratię. & benedictio ei⁹.s.gloriæ in nouissimo maneat,s.in terra viuentiũ.Et cũ est cõtrtio de aliquo inter patrẽ & filium: præponẽdus est pater filio in honore:q̃ nõ præiudicetur filio:tamẽ in veritate.Vnde Augu.Quæritur pater de malo filio,quæritur filius de duro patre,seruamus honorificentiam patri quæ ei debetur a filio.Non æquamus filiũ patri in honore:sed præponimus filium patri in veritate, si[cil]icet si habet,& sic tribuimus honoris debitum:vt non perdat æquitas meritum.ñ.q.vij.quæritur.

Hoc p̃ ceptum respicit iustitiã ne,pximus lesa turin persona propria,

§.IX. QVINTVM PRAECEPTVM

est.Nõ occides.Exo.xx.Post quartum præceptũ quod est primũ in secũda tabula:qđ' est virtutis pietatisqua reddit parẽtib⁹ debitũ in quo includit oẽ quod ꝓximo speciali aliqua rõne fit:necesse fuit vt ponerẽtur alia præcepta pertinẽtia ad iustitiã ꝓprie dictã:quę indifferẽter reddit oĩb⁹ debitũ.Est aũt debitũ cuilibet vt nulli inferat nocumẽtũ: ideo ponunt illa præcepta negatiua qb⁹ prohibẽtur nocumẽta ꝓximis.Omne em̃ nocumẽtũ quod inferf alteri:vel est in psonã ꝓpriã qđ' ptinet ad homicidiũ:vel in ꝓiũctã p modũ.Ibidinis qđ' ptinet ad mœchiã:vel in substãtiã quod pertinet ad furtũ:vl' in famã qđ' ptinet ad falsum testimoniũ.Vltima duo ꝓhibẽt desideria mœchiæ & furti: qa ad illa trahit cõcupiscẽtia cordis rõne delectabilis vel vtilis:nõ aũt sic trahit cõcupiscẽtia ad homicidiũ vel falsum testimoniũ p se:qa nõ habẽt rõnẽ delectabilis vel vtilis.Et qa inter nocumẽta maximũ est quod fit in psona ꝓpria p homicidiũ:ideo primũ in negatiuis quæ obligant semper & ad semp.nõ occides.hęc Tho.ñ.ñ.q.cxxv.ar.vj.

Contra hoc p̃ ceptum erratur tripl'r.

Et dicit idẽ in tractatu de decẽ præceptis,q̃ tripl'r est erratũ circa istud præceptũ.Aliqui em̃ putauerũt non esse licitũ occidere bruta aialia sed hoc est falsum:qa nõ est pctm̃ vti illis q̃ sunt subdita potestati hoĩs.Est autẽ ordo naturalis q̃ plãtę sunt in nutrimẽtũ aialiũ & aialia q̃dã in nutrimẽtũ aliorũ & oĩa in nutrimẽtũ hoĩs.Gen.ix.Quasi olera virẽtia tradidi vobis oĩa.Per cõsequẽs etiã in politicis dicit q̃ venatio est iustũ bellũ.Et.s.ad Cor.x.Oẽ qđ' venit in macello mãducãte.Cũ ergo dicit:nõ occides:intelligit homĩnẽ:nõ bruta aialia.Secũdus error fuit dicẽtiũ q̃ ꝓhibẽret hic occisio cuiuscũq̃ hoĩs:etiã malefactoris.vñ iudices & officiales.occidẽtes reos:appellãt homicidas.Cõtra q̃s dicit Aug.q̃ deus q hoc præceptũ dedit nõ sibi p hoc potestatẽ occidẽdi abstulit.Dicit em̃ Deut.xxxij.Ego occidã & viuere faciã.Iudices aũt occidẽdo reos iurídice occidũt mãdato dei q legem statuit vt rei occidant.Prouer.viij.Per me.s.sapientiã quę deus est:legũ cõditores iusta decernũt. ad Ro.xiij.Nõ sine causa gladiũ portat:minister enim dei est:vindex i irã ei q malũ agit.Intelligit ergo:nõ occides hoĩem.s.propria auctoritate.Tertius error fuit dicentiũ q̃ ꝓhibebatur hic occisio ꝓximi:sed nõ sui:asserentes hoc licitũ esse:sed hoc etiã falsum est.Nulli em̃ licet quacũq̃ ex causa occidere seipsum nisi deo iubẽte:vt habemus de Sãsone.Vt em̃ dicit Aug.li.j.de ci.dei.c.xxj.& habef.xxiij.q. v.si non licet.Spiritussanctus q̃ p eũ miracula fecit:eũ ad hoc induxit ad figurãdum christi mortem.Est em̃ grauissimum pctm̃ hoc & inuentabile.vñ & eccl'ia ꝓhibuit tales in eccl'ia sepeliri:vel ꝓ eis fieri suffragia.vt habef.xxiij.q. v.placuit.Cum ergo dicitur nõ occides intelligit nec̃ te, nec̃ alterũ,ſm Augu,s.de ciui.dei.c.xx.Et de talib⁹ homicidis dicit Pã.xiij.Veloces pedes eor̃ ad effundendum sanguinem.Cõtritio & infœlicitas in vijs eorum:viam pacis non cognouerũt.Pedes aię sunt affectus:qui in homicidiis sunt veloces.i.prõpti ad effundendũ sanguinẽ humanũ.i. occidendũ:& affectum cito ducũt ad effectũ:sed oĩs q accepit gladiũ.s.auctoritate,ꝓpria gladio peribit.Mat.xxvj. hominis vel diuinę sententiæ punĩtis.Et ideo subdit Pã. Cõtritio corporis:qa debet occidi talis infœlicitas aię:qa p hoc priuat gloria cũ sit mortale:& etiã multas infœlicitates hic patit.Via pacis est pœnitẽtia:ad quã raro redeũt

Homicidiũ cõmittit q̃tuor modis.

effecti obstinati. Perpetrat aũt quatuor modis.s.interiori deliberatione,exteriori locutione,manuali actione,notabili omissione.Quãtũ ad primũ dicit.i.Ioã.iij. Ois q odit fratrẽ suũ homicida est.Odiẽs aliquẽ cõiter appetit mortẽ eius.& Hiero.sup Esa.Omnis iniquitas & oppressio & iniustitia iudiciũ sanguinis est.Et licet gladio nõ occidas: voluntate tñ interficis,de pœ.dist.j.omnis,Et Aug.Homicidiũ lege vetitũ(als veterũ)putabatur nõ aliud esse nisi corporis interẽptio.Aperuit ergo dñs oẽm iniquum motum ad nocẽdũ fratri in homicidij genere deputari.de pœni.dist.j.homicidiũ.Cũ.s.dñs ait Mat.v.Dictũ est antiqs: non occides:qui aũt occiderit reus erit iudicio,ego autem dico vobis,quia oĩs qui irascit fratri suo reus erit iudicio & dãnatiõe.Et loquitur de ira mortali:qua quis desiderat mortem vel norabile nocumentum proximi.Vnde & ſm Tho.vbi.ē.hic ꝓhibet vitiũ ire prout est mortale:de quo habes in.ij.par.tit.vij.c.j.diffuse.vnde Iob.v.Virũ stultũ interficit iracundia.Secũdo perpetrat homicidium ore:& hoc multipliciter.s.imperando,consulendo,suadendo in mortem alterius.Vnde Augu.Periculose decipiuntur qui existimãt eos tm̃ homicidas esse:q manibus hoĩem occidũt:& nõ potius eos ꝓ quor̃ cõsilium & fraudẽ & exhortationem homines extinguũtur.Nam iudæi nequaq̃ christũ ꝓpriis manib⁹ interfecerunt:sicut scriptum est.Nobis nõ licet interficere quẽq̃.Sed tñ illis mors dñi imputatur: quia ipsi lingua eũ occiderũt,dicentes.Crucifige crucifige eũ.de pœ.dist.j.periculose.Similiter cũ aliqs malis persuasionib⁹ & malis cõsilijs trahit aliũ ad aliquod criminale, periurij,furtũ,fraudẽ,luxuriã,& alia hmõi.occidit aiam eius.Vnde Aug.Noli putare te nõ esse homicidã cũ fratri tuo mala psuades:si em̃ fratri tuo mala persuades:occidis Et vt scias quia occidis:audi Pã.lvi.Filij hoĩm arma eor̃ dentes & sagittę:& lingua eor̃ gladius acutus.de pœ.dist. j.noli putare. Tertio ꝓpetrat opere.Exo.xxi.Qui percusserit hoĩem volẽs eũ occidere,morte morietf.Et Augu.de ciui.dei.c.xx.His exceptis quos vel lex iusta generaliter vl' ipse fons iustitię deus specialiter iubet occidi quisquis hominẽ vel se vel aliũ occiderit:homicidij crimine innectetur.xxiij.q.v.si non licet.Contra hoc etiam præceptũ facit grauiter verberãs vel vulnerãs vel mutilãs se vel alium. Vnde & amputãs sibi virilia etiã zelo castitatis homicida dr̃:& ꝓhibet ordinari & ꝓmotus officio ordinis fungi:qa irregularis est.dist.lv.siquis abscíderit.Sed etiã iudex vel minister eius occidẽs reũ nõ amore iustitiæ:sed liuore vindictę ex delectatione effundẽdi humanũ sanguinẽ homicida reputat.Vñ Aug.Cũ minister iudicis occidit eum quẽ iudex iussit occidi:ꝓfecto si id spõte facit.i.delectabiliter homicida est.xxiij.q.v.cũ minister.Nec refert quõ quis se vel alium occidat:gladio.s.vel veneno:vel lapide vel ligno:grauius tñ q̃n persona occisa est innocẽtior vel vtilior vel propinquior.Vnde occisio patris vel matris vel filior̃ grauissimũ:inde vxoricidiũ:quod vtiq̃ nec etiam propter adulteriũ perpetratũ permittit:sed ꝓhibet &grauiter punitur.vt.xxxiij.q.ij.admonere.Quarto ꝓpetrat homicidium omissione:cũ.s.aliqs potest obuiare morti alterius iniuste sine sui periculo:& non curat.Prouerb.xxiij. Erue eos q ducuntur ad mortẽ:& q trahũtur ad interitum liberare non cessęs.Sicut fecit Daniel erga Susannã.Dan. xiij.Hinc & Symmachus papa.Non grandis est differẽtia vtrũ letũ inferas vel admittas:mortẽ em̃ languẽtib⁹ prohibetur infligere:q hanc cum possit nõ excludit.dist.lxxxiij. §.i.Et dicit ibi glos.de medicis q̃ tenentur gratis infirmis pauperib⁹ mederi:quinimmo & medicinas emere si possunt cum aliter eis de salute prouideri non possit.Et sic[r] q nõ subuenit indigentib⁹ in extrema necessitate cũ possit, homicida reputatur.Vnde Eccl'i.xxxiij.Panis egentiũ vita pauperis est q defraudat illũ.s.nõ dãdo:vir sanguinum est.i.homicida.Et Amb.Pasce fame morientem quisquis enim pascendo hominem seruare poteris:si nõ paueris fame occidisti.dist.lxxxvj.pasce.Contritio igitur.i.destructio corporis:& infœlicitas.i.priuatio regni supernj:i vijs eor̃.i.in operibus homicidij:quia omnis homicida nõ habet partem in regno christi.s.Ioan.iij.Sed vt dicitur Apo. xix. Homicidis pars in stagno ardenti igne & sulphure. Quodlibet horum homicidiorum est mortale.

Hoc p̃ ceptum uet ne

§. VI. SEXTVM PRAECEPTVM

est.Non mœchaberis.Exo.xx.Post iniuriam ꝓpriæ persõnæ nulla maior reputat q̃ adulteriũ,quod dicit mœchia: qđ' cõmittit in psonã cõiũctã:quę reputat quasi vna psona cum cõiuge suo.Mat.xix.Itaq̃ non sunt duo:sed vna caro.Et q̃uis mœchia ꝓprie dicat adulteriũ,i.accessus ad alienum thorũ:tñ sub isto nõie intelligit,ꝓhibita oĩs speciles luxuriæ:& oĩs actus venereꝰ extra matrimonium debite seruatus.

Casus beneno tandi.

Iudicũ xvj.

bite seruatus.Vñ Aug.in lib.de quæstionib⁹ Deut.dicit. Meretrices esse &ad meretrices accedere prohibet dominꝰ: quarum publice venalis turpitudo est.cũ.s.dñs dicit in lege.vt notat hic glos.Non erit meretrix de filiabus Israel: nec[s]cortator de filijs Israel.Et paulopost.Sed sicut sub furti nõie intelligit ꝓhibita oĩs illicita vsurpatio rei alienę: non em̃ rapinã permisit q furtũ ꝓhibuit:sed vtiq̃ a parte totũ intelligere voluit quicquid illicite rerum ꝓximi aufertur:sic nõie mœchię oĩs illicitus cõcubitus atq̃ illorum mẽbror̃ nõ legitimꝰ vsus ꝓhibitus debet intelligi.xxxij. q.iij.meretrices.Et Isido. super Exo.ait.Nõ mœchaberis. id est nec quisq̃ ꝓter matrimonij federa aliꝰ fœminis ad misceat.xxxij.q.v.nõ mœchaberis,Ideo autẽ in decalogo potius expresse prohibet mœchia.i.adulterium q̃ alia species luxuriæ:qa cũ præcepta decalogi pertineãt ad iustitiã: quæ reddit debitũ alteri:& nemini inferat nocumentũ vel iniuriã:magis fit clare iniuria ꝓximo p adulterium q̃ per alios modos luxuriæ.& ideo expresse ꝓhibetur.Circa hoc põt induci illud pã.c.Ambulãs in via immaculata hic mihi ministrabat.Q̃uis oĩs culpa mortalis ſm Tho.in.iiij. maculã aię ingerat:quæ nõ est aliud q̃ priuatio pulchritudinis aiæ quæ resultat ex debita cõmẽsuratione operꝰ:ſm s.rationẽ cũ quadã refulgentia grãe:præcipue tñ pctã luxurię magis dicũtur maculare hoĩem:quia corpus & famã & aiam maculãt:& absorbẽt præ ceteris lumẽ rõnis.Vnde de Salomone ꝓpter luxuriam eius infecto dr̃ Eccl'i.xlvij.Tu aũt posuisti maculã in gl'ia tua:inclinasti femora tua mulieribꝰ.In via ergo immaculata ambulat q castevivit:seruãs illud præceptũ.nõ mœchaberis.Et hic vt fidelis ministrat.i.seruit deo.ad Heb.xiij.Honorabiles nuptię:& thorus immaculat⁹.Et multomagis ei seruit & acceptꝰ q ambulat in via imaculata viduitatis vel virginitatis mũdę.Vñ canit ecclesia de Agatha virgine.Immaculatus dñs immaculatam sibi spõsam elegit.Et de virgine dei matre. Sancta & immaculata virginitas &c:Et qui mihi ministrauerit,ait dñs:honorificabit eum pater meus qui est in cœlis.Ioã.xij.Et in cœlis sine macula sunt ante thronum dei. Apoc.xiij.Fit autẽ quadrupliciter quis maculatus per luxuriam faciens contra hoc præceptum.

Luxuria p̃ ceteris vicijs macularho minẽ.

Macula quadruꝑliciter luxuriam facit cõtra hoc præceptũ.

¶Cum agit turpiter in seipsum.

¶Cum cognoscit nequiter vas fœmineum.

¶Cum se iungit sceleriter ad similem sexum.

¶Cum accedit carnaliter ad animal brutum.

Quãtum ad primũ maculat quis p luxuriã operãdo turpia p seipm:qđ' dicit mollicies.j.Cor̃.vj.Nec̃ molles regnũ dei possidebũt:qa illud mortale est:& ꝓtra hoc præceptum.Ratio huius est ſm Tho.ij.ij.q.cliij.ar.ij.Pctm̃ in humanis actib⁹ est qđ' est contra ordinẽ rõnis.Habet hoc rationis ordo vt qlibet ordine & dirigat ad finem suũ.Vnde sicut nõ est peccatum si p rationẽ homo vtatur aliquibus rebus ad finem ad quẽ sunt mõ & ordine conueniẽti: dummodo ille finis sit aliquod vere bonũ.Ita peccatũ est si vtaf homo aliquib⁹ rebus ad finẽ ad quẽ non sunt ordinatę:vel si non debito modo hoc faciat.Eũ autẽ vere bonũ vt seruetur natura indiuidui qđ' fit p esum ciborum.Et similiter bonum est &magis excellẽs q̃ conseruetur natura speciei:quod fit in generatione p actũ venereũ.Sicut ergo vsus ciborũ si non fiat ad debitũ finẽ.s.sustentationis corporis vel non debito modo est peccatum:ita vtẽdo venereis non ad finẽ humanę generatiõis vel indebito modo: vt cũ non sua vxore pctm̃ est.Sed polluẽdo seipm:certum est q̃ fruftrat oĩo intẽtio naturę:cũ non possit sequi generatio.vnde peccatum est & mortale ex quo excludit a regno dei ſm apl'm.Et q̃uis semen humanũ dicat superfluũ in animali:nõ tñ est simpliciter superfluũ:sed ex eo q̃ est residuũ operationis virtutis nutritiuæ:tñ eo indigetur ad virtutis generatiuę opus est:& ideo cũ ꝓcurat emitti indebite.i.extra actũ cõiugalẽ peccatũ est.Nõ sic est de aliꝰ superfluitatibus corporis quæ qualitercũq̃ emittatur salua decentia conuictus humani sine peccato est.Si aũt accidat emissio seminis in vigilia vel somno sine ꝓcuratiõe aliq̃ &ꝓter oẽm intentionẽ non est peccatũ ſm Tho.Secũdo fit quis maculatus feminã cognoscẽdo nõ suam.Tob.iij.

Diuersę species luxuriæ.

Attende tibi fili mi ab oĩ fornicatiõe:& ꝓter vxorẽ tuã nũq̃ patiaris crimen scire.Sunt autẽ diuersæ species luxuriæ cũ mulieribꝰ:& distinctæ & confitẽdę.Nã si pctm̃ carnis cõmittaf soluti cũ soluta: dicit simplex fornicatio:vt accedere ad meretrices vel cõcubinas & hmõi:quod quidã arbitrãtur licitũ non coniugatis:nec esse pctm̃.Sed beTho.ij.ñ.q.clij,arti.ij.dicit esse mortale:& ꝑ hoc præceptũ. Apl's ad Ephę.v.Oĩs fornicator aut immũdus non habet hereditatẽ in regno dei & christi.Si cõmittatur cũ virginibus dicitur stuprũ.Si cũ ꝓsanguineis vel affinib⁹ dr̃ incestus.Si cũ clericis vl' religiosis vel monialib⁹ dicit sacrilegiũ vel etiã cũ patrib⁹ spũalib⁹ vt cõfessorib⁹ vl' cõmatribus.Si per violẽtiam mulieris vel parẽtum dicit raptus. Si cũ vxore alterius vel viro coniugato muliere etiã soluta dicit adulterium.ꝓ.ad Cor̃.vj.Nec̃ adulteri regnũ dei possidebũt.Et vt dicit bea.Tho.in tracta.de decem præceptis.Mulier adulterans tria mala facit quæ notãtur Eccl'i. xxiij.Omnis mulier relinquẽs virum suũ peccabit.Primo in lege altissimi incredibilis fuit. Secũdo virũ suũ derelinquit. Tertio in aduiterio fornicata est:& ex alio viro substituit filios.Et sic legi dei nõ credit q̃ prohibet adulteriũ: & sacramẽtũ violat:fidẽ frangit viro:& ꝓditionẽ & furtum:si generat ex adulterio filios quos nutrit de substãtia viri.Vir aũt adulterans & ipe tria mala facit.Primo quia cũ sit caput vxoris deberet eã ducere exẽplo suo ad honestatẽ:& facit contrariũ.Secũdo qa habet rõnẽ magis vigorosam q̃ mulier:& ideo põt magis reprimere concupiscentias.Tertio facit cõtra equalitatem:quia ita teneꝰ sibi seruare fidẽ sicut illa sibi.Hinc Aug.in li.de decẽ chordis ait. Nõ mœchaberis.i.non ibis ad aliquã aliã q̃ vxorẽ tuã.tu aũt exigis hoc ab vxore:& nõ vis hoc reddere vxori:cũ tñ debeas in virtute ꝓcedere vxorẽ tuã:qm̃ castitas virtus est:& tu sub vno impetu libidinis cadis:& vis tuã vxorẽ eẽ victricẽ:& tuvi q̃ꝰ faces.xxxij.q.v.c.j.fina. Tertio fit gs maculatus agens cõtra hoc præceptũ p vitiũ sodomiticũ. De quo apl's ad Ro.j.Tradidit illos deus.i.tradi permisit in passiones ignominię.i.vitia innominãda.Nam fœminę eor̃ immutauerũt naturalem vsum in eum vsum q est contra naturã.Similiter & masculi relicto naturali vsu fœminę exarserunt in desideriis suis in inuicẽ:masculi in masculos turpitudinem operantes. Et ad quanta mala tales postea deueniant subdit apl's dicẽs. Tradidit eos dñs in reprobum sensum.i.tradi permisit vt faciant ea quæ non cõueniũt:repletos omni iniquitate malitia,fornicatione,auaritia,nequitia &c.Et ad hoc etiã ptinet vxore vel alia fœmina abutẽdo extravas debitũ.Vñ Aug.xxxij.q.vij.adulterij.enumeratis quibusdã speciebꝰ luxurię subdit. Horum oĩm pessimum est quod est contra naturam:vt si vir membro mulieris non ad hoc cõcesso vti voluerit:& iste vsus contra naturã execrabilis fit in meretrice:sed execrabilior in vxore.Hęc ille.Et dicit tale vitiũ pessimũ:quia destructiuũ humani generis.Vnde dicitur de Sodomitis q̃ erãt pessimi corã dño:quos deus igne & sulphure cõsumpsit: & ciuitates subuertit:vt patet Gene.xix.Et ſm leges tales debent decapitari:&mediatores huius:vt.C.de pœnis.l.q abducto.Quarto fit quis maculatus cum animalibus brutis cõmiscendo.Exo.xxij.Qui coierit cum iumento morte moriatur.Et Leuit.xx.Qui coierit cum iumento aut pecore morte moriatur:pecus quoq̃ occidite.Vbi Aug.Pecora inde credendũ est iussa interfici:quia tali flagitio contrami nata indignam refricãt facti memoriã.xv.q.j.mulier.Cõtra illud præceptum etiam facit qui cum vxore vel alia extra vas debitũ fundit semen:ne.s.generat & inde scandalũ oriatur: vel ne grauetur in alendo filios pauper existens: in quod vitiũ incidẽtes.Her & Onan filij Iudę mala morte subito perierũt.Gene.xxxviij.Sed etiam cum vxorẽ suã quis debito modo cognoscit causa delectationis vltra limites matrimonij,i.tanta concupiscentia ductus vt etiam si non esset vxor:eam vel aliã mulierẽ cognoscere vt satisfaceret voluptati suæ ſm Tho.in.iiij.peccat mortaliter. Et de tali debet intelligi illud Sexti philosophi:quod inducit Hiero.xxxij.q.iij.origo,dicens.Omnis in vxorẽ suã amator ardẽtior adulter est.De modis autem indebitis in vsu matrimonij seruato tamẽ debito vase de se nõ est mortale ſm Alber,sed potest esse mortale ex inordinatiõe animi.De oĩbus his speciebus luxuriæ & de incumentis eor̃ habes diffuse in.ij.par.titu.v.per totum.

Depcõ tra na turam.

§.XI. SEPTIMVM PRAECEPTVM

decalogi est.Non furtum facies.Exo.xx.Super quo Aug. Furti nomine bene intelligitur omnis illicita vsurpatio

Hoc p̃ ceptoca uet ne

Universidad de Deusto
Biblioteca

fiat iniuria p̄ximo i substantia.

rei alienæ: non em̄ rapinā permisit q̄ furtum, ꝓhibuit: sed vtiq; furti nōie in lege vete. testa. & rapinam intelligi voluit. A parte em̄ totū significauit quicquid illicite rerū, ꝓximi aufertur. xiiij. q. v. pœnale. Nec ꝓpterea excusaretur quis a furto q̄ auferret a, ꝓximo vt indigētibus subueniret sibi vel alijs: nisi in extrema necessitate essent: & non inuenirent subuenientem. Vñ Aug. Forte aliquis cogitat & dicit: multi sunt Christiani, diuites, auari, cupidi, non habendo p̄ſ̄ suum illis absſtulero & pauperib⁹ dedero: vnde illi nihil boni agūt, mercedem habere potero: sed hmōi cogitatio a diaboli calliditate suggeritur: nā si totū tribuat pauperib⁹ quod absſtulerat addit potius p̄ſ̄ minuat.

Exo. iij. xj. & xij

xiiij. q. v. forte. & p totā illā quæstionē. Nec etiam sumendū est exēplū furandi ab Israelitis: qui accipientes sub mutuo ab ægyptijs vasa aurea & argentea spoliauerunt eos. quia vt dicit Aug. Israelitæ furtū non fecerunt sed deo iubente hoc mysteriū p̄buerunt. xiiij. q. v. dixit. Non ergo furtū facies. Fit aūt quatuor modis ꝓtra istud præceptum.

Quatuor mōis fit ꝓtra istud p̄ceptū.

¶ Per iniustam rerum acquisitionem.
¶ Per prauam ad hoc operationem.
¶ Per iniquam retentionem.
¶ Per indebitam distributionem.

Quantū ad primū multis modis qs acquirit bona tpalia iniuste. Primo occulte aliena accipiēdo. sed vt dicit Eccl'i v. Super furē est opprobriū & cōfusio. Secūdo p rapinam manifeste & p vim capiēdo: & hi nō sunt solū latrones in stratis: sed & etiā principes & cōmunitates vsurpantes iniuste ciuitates & castra sine iusto titulo: vel etiā facientes extorsiones indebitas a subditis in gabellis pedagijs & collectis. Ezech. xxij. Principes eius in medio illius quasi lupi rapientes prædā: vel etiā cū faciūt leges iniquas ad lucrandū. Esa. x. Væ q̄ condūt leges iniquas: & scribentes iniustrias scripserūt vt opprimerent in iudicio pauperes: & vim facerēt causæ humiliū ppli mei: vt essent viduæ ꝑda eorū: & pupillos diriperēr. Tertio p fraudulentiā multiplicem. In quātitate dādo diminuta pōdera & mensuras rerum. In qualitate praua, p bonis vēdēdo iniusto prætio. In substātia vēdēdo vinū lymphatū, p puro: vnū metallū, p alio: carnes pecudinas, p castrato: aromata vni⁹ speciei, p altera. Amos. viij. Audite q cōteritis pauperem & deficere facitis egenos terræ: dicētes, qñ tranſibit messis & venūdabimus merces & sabbatū & aperiemus frumētū: vt iminuamus mensurā: & augeam⁹ siclum: & supponamus stateras dolosas: vt possideamus in argento egenos & pauperes, p calciamentis: & quisquilias frumenti vendamus. Quarto fit cōtra hoc præceptū p vsurā. ſ. p mutuo pecuniæ vel rerū quę vsu cōsumūtur vt victualiū: accipiēdo aliquid vltra capitale. hęc dī vsura. vt patet. xiiij. q. iij. vsura. Vñ Pō.

Pō. xiiij

Qui pecuniā suā non de. ad vsū. hic requi. in mō. ſctō dei. ſ. glorię supernæ. Qui aūt eā facit non illic habitabit: sed in inferno. Quinto fit ꝫ hoc præceptū p sacrilegiū. i. iniustā acceptionē rerū ecclesię. Hiero. Amico qppiā rapere furtū est: ecclesiā fraudare sacrilegiū. xij. q. ij. glia. Sexto piniusti tiā iudicū seu officialiū dātiū iniquas ſnias: vel ex timore vl' ex amore vl' ex cupiditate vl' odio vel ex notabili ignorātia. Esa. v. Iustificatis impiū, p munerib⁹: & iustitiā iustri auferis ab eo. Isid. Cito violat auro iustitia. xj. q. iij. paup. Septimo p variā dānificationē: vt in incēdijs: deuastationibus agror⁹ & castror⁹ in bellis iniustis in mutilatiōib⁹: occisionib⁹, falsis accusationib⁹, restificationib⁹ & instrumētis. Et hi oēs nō solū peccāt mortaliter agētes cōtra hoc p̄ceptū: sed etiā renent ad restōnē prędictor⁹. Vnde Aug. ad Maced. Qui ꝫ ius humanę societatis, furtis, rapinis, calūnijs oppressionib⁹, inuasionib⁹ aliqua absſtulerit: reddē da potius q̄ donāda cēsemus Zachęi publicani exemplo. xiiij. q. v. nō sane. in fi. Qui Zacheus dixit christo intranti domū suā. Si quid aliquē defraudaui reddo quadruplum. Luc. xix. Sed acquisitio etiā p simoniā ludū vel aliud turpe lucrū quasi furtū cēsef: nō qdē restituēdū dāti: sed pauperib⁹ erogādū. Aliqñ de necessitate: vt in simonia vel ludo. Aliqñ ex honestate: vt in meretricio & hmōi, ar. xiiij. q. v. qui habetis. &c. non sane. Qui aūt p simoniā vel intrusionem & nō canonica institutione recipit vel tenet beneficium ecclesiasticū furatur omnes fructus quos percipit. Io. x. Qui nō intrat p ostiū sed ascēdit aliūde: ille fur est & latro. Secūdo fit cōtra istud præceptū p prauā cooperationē ad talia acquisita illicita: etiā si nihil ipse inde ꝓcipiat vt cōsulēdo, persuadēdo, imperando, & hmōi. ad Ro. j. Digni sunt morte, non solū q̄ faciunt: sed etiā q̄ consentiunt facientib⁹: & nō solū peccāt mortaliter: sed etiā tenent ad

Iustitia Zachęi datur i exēplū.

restitutionē dānorū & ablatorū qñ talis cooperatio fuit ꝙ sine ea nō fuisset facta rapina vel furtū: vsura vel dānū. ꝙ. q. j. notū. in fine. Faciētē & cōsentientē par pœna cōstringit: qđ intelligit de cōsensu cooperationis sine qua nō fit & cōsentiens malū in glo. Et ad hoc facit quod dicit extra de iniust. dā. da, c, vlti. Qui occasionē dāni dat: dānū quoq; dedisse videt. Et in ꝓuerbio vulgari dicit. Tāto fa qui tiene el cōstrincho: quāto q̄ inbola. Si aūt nō ita cooperati sūt quinetiā gūtur. sine eis fieret dānū: peccāt quidē grauiter sed nō tenent ad restitutionē: nisi quātum puenisset ad eos de furto vel rapina & hmōi. vel inquātū ex suo cōsilio vel alia cooperatione plus dāni fuisset factū. ſm Tho. in. iiij. & Alb. Vnde Esa. j. Principes tui infideles socij furū: oēs diligūt munera: sequītur retributiones: & ꝓ hmōi cooperantur rapinis aliorū. De restitutiōe & modo eius habes diffuse in. ꝙ. par. ti. ꝙ. per totū. Tertio fit furtū per retētionē rei alienæ contra volūtatē dñi sui. apls ad Ro. xiij. Reddite oībus debita. Et. j. Nemini quicq̄ debeatis. Qui em̄ detinet rem alterius contra voluntatē eius vtiq; facit ei iniuriā: quia impedit eum absu eius: nisi hoc faceret ad horam ad obuiandum malo: puta cū nō reddit gladiū suū furioso postulāti eum ab eo penes quē deposuit: & hoc ne se vel alium lędat: hoc em̄ licitū est. Facere aūt iniuriā, ꝓximo, est peccatum: quia contra iustitiā: non autē licet nec in modico p̄tō morari: sed ſubito debet egredi. iuxta illud Eccl'i. xxj. Quasi a facie colubri fuge p̄ctm. Qui aūt detinet alienū cōtra volūtatē dñi, moratur in peccato: & sic semp auget peccatū. Et quoties mēti occurrit se detinere alienū: & ꝓponit retinere & non reddere toties de nouo peccat mortaliter & pœnitere nō pōt nec absolui. Vnde Aug. Si res aliena ꝓpter quam peccatū est reddi possit & nō reddit: pœnitentia nō agitur sed simulatur. Si autē veraciter agit: nō remittit peccatum nisi restituat ablatū: si restitui pōt. xiiij. q. vj. si res. & de regu. iur. li. vj. peccatū nō dimittit. Q̄uis ergo qs non acceperit ipse p furtū vel fraudulētiā vel vsurā sacrilegium & hmōi: sed pater vel alij consanguinei vel amici: si mā ad eū peruenit hereditas: tenetur illa restituere inquantū sufficit hæreditas. Idē de legatis qū non sufficeret hæreditas. extra de vsur. Michael. Quarto fit cōtra hoc præceptū per indebitam distributionē. Apls. j. ad Cor. iij. Hic iam queritur inter dispēsatores vt fidelis qs inueniat. Ecclesiarū prelati sunt dispēsatores rerū ecclesiæ potius q̄ dñi. Vñ Aug. Nō illa nostra sunt quor⁹ procurationē quodāmodo germin⁹: vt ꝓprietatē nobis dānabili vsurpatione vēdicem⁹. xij. q. j. c. vlti. vbi dicit glo. q̄ prælati si bene administrant loco dñor⁹ sunt: si male loco prędonū. ff. pro emp. l. q fundū. §. si tutor. Ecclesia em̄ tenet locū pupilli: & prælatus locū tutoris. Sicut ergo tutor si male administrat: dilapidādo bona pupilli vt fur habef: ita prelatus dū permittit destruere bona ecclesiæ vel vsurpare: vel indebite alienat & tenetur satisfacere. Si etiā expēdit in malos vsus dādo sine necessitate cōsanguineis vel conuiuijs, ludis, canib⁹ & turpibus personis exponit: quod debet dare pauperib⁹ quasi furat: nec dubiū q̄ mortaliter peccat: vtrū aūt teneat ad restitutionē. vide. j. in. ꝙ. par. ti. ꝙ. Qui etiā habēt aliqua pauperibus vel ecclesijs distribuere: vt hospitalarij & societates laicorum si non fideliter faciūt: si non indigētibus tribuunt: furtū cōmittūt. Religiosi q̄ ꝓpriū tenēt vel extra cōuētum sine licētia & rōnabili causa bona distribuunt, furtum cō mittūt. Seculares de bonis, ꝓpijs non dātes eleemosynas indigentibus quos scīūt cū decēter possunt, furtū faciunt: licet nō teneātur ad restitutionē. Vnde Amb. Ffurietium panis est quē tu detines: nudor⁹ vestimētū quod recludis: & miserorum redemptio est & absolutio pecunia quam in terra defodis. Tantorū ergo te scias inuadere bona quātis possis præstare quod velis. dist. xl vij. sicut hi. cōtra oēs siue dicitur Esa. xxxiij. Væ qui prędaris: nōne & ipse prędaberis, cū cōsummaueris de prædationē & ipse prædaberis vel substātiā vt animā. Et vt dicit Tho. in trac. de. x. ꝓcepti. Nullū p̄ctm̄ est quasi periculosi⁹ isto. Nā de alijs peccatis homo dolēdo & cōfitendo saluat: sed de isto oportet q̄ etiā satisfiat de alieno ablato si pōt: alſ nil valet pœnitētia. Sed nimis difficile videf hoibus exbursare pecuniā & restituere: & facilius inducūtur ad dādū eleemosynas vel faciēdum

Nota de restitutionis.

faciēdū eccl'esias & hospitalia q̄ ad restituendū quod non fuerit, & ideo bene dicit. Abacuch. ij. Væ his qui congregant non sua: vsq̄quo aggrauāt contra se densum lutum.

Iosuæ vij.

De denso luto difficile exitur Achā quia furatus est: & tulit de bonis Hierico cōtra ordinationem dei lapidatus est a toto populo. De singulis modis furti q̄ sunt species aurium habes diffuse in. ꝙ. par. ti. j. c. x v.

§. XII. OCTAVVM PRAECEPTVM est. Nō loqris ꝫ ꝓximū tuū falsū testimoniū. Exo. xx.

Inter oia aīalia soli hoi datū est loqui: vt ꝓceptū sue mēris possit alteri manifestare, ꝓpter qđ dicit pḥs in. j. Periher. ꝙ ea q̄ sunt in voce sunt eaꝝ q̄ sunt in aia passionū notæ. Qđ ergo aliquis sciēter falsum dicat: abutit lingua: nec est sine p̄cto etiā si faciat ad bonū cōsequēdū vel malū vitandū: qa nō sunt mala facienda vt eueniāt bona. ait apls ad Ro. iij. & Augu. Ad salutē sempiternā nullus ducendus est opitulāte mēdacio. xxij. q. ij. primū. Est aūt vitandū mendaciū ꝓpter tria ſm Tho. in dicto tractatu. x. ꝓceptoꝝ.

Propē tria ēvitandū mēdaciū.

¶ Propter diaboli assimilationem.
¶ Propter societatis dissolutionem.
¶ Propter famę amissionem.

Primo ꝓpter diaboli assimilationē. Efficitur em̄ mēdax filius diabolo: qa ipe vt dī Ioā. viij. mēdax est & pater eius. Ipse inuenit primū mēdaciū cū dixit primis parēt⁹. Ne quaq̄ moriemini &c. Gen. iij. Amb. Oēs qui dicūt menda ciū filij sunt diab oli. xxij. q. v. cauere. Filius aūt filij est patri. Secūdo mēdaciū vitari debet, ꝓpter societatis dissolutiōem. Hō em̄ naturaliter est aīal sociale seu politicū cum alijs viuere. sed male possent hoies inuicē cōuiuere si hoies haberēt semper dubitare de verbis aliorum. Vnde apls ad Ephę. iij. Deponētes mendaciū loquimini veritatē vnusq̄q̄ cū ꝓximo suo: qm̄ sum⁹ inuicē mēbra. Tertio ꝓpter famæ amissionē. Hō em̄ qui assuescit mendacijs non credit ur ei cum veritatē dicit: & ꝓcipue in viris spiritualibus: dominis multum reddit infames mendaciū. Eccl'i. xxxiij. Ab immundo quis mundabitur: & a mendace quid verū dicetur. q. d. nullū. Et hoc p̄ctm̄ est contra vel ꝓter istud ꝓceptum ſm magistrum in. ꝙ. ſen. di. penul. Non loquatis cōtra ꝓximū &c. Vñ Pō. xxvj. Insurrexerūt in me testes iniqui: & mentita est iniquitas sibi. Proprie & principaliter loquif de christo contra quē dixerūt duo falsum testimonium. Quadruplr ergo sit cōtra hoc p̄ceptū. ſm Tho. vbi. ſ.

Contra hoc ꝓceptum fit quadruplr.

¶ Per falsam in iudicio probationem.
¶ Per variam de alio detractionem.
¶ Per mendacem in sermone locutionem.
¶ Per noxiam de ꝓlato murmurationem.

Quātū ad primū cū aliqs in iudicio aliquē accusat falso vel testificat: expresse agit ꝫ istud præceptū: & tenef ei de oi dāno. Et si deficeret in ꝓbatione sustineret pœnā talionis. ij. q. iij. p totū. Sic illi duo p̄byteri accusantes & testificātes ꝓtra Susannā de adulterio: qa cōuicti sunt a Daniele falsum dixisse testimoniū: lapidati sunt a pp̄lo. Dañ. xiij. Illi aūt duo testes q̄ testificati sunt cōtra christū falsum cū non cōuenientia essent testimonia eor⁹. Nō tū puniti sunt vt merebantur: nec ꝓbare potuerūt suā falsitatē. ſ. christū dixisse. Possum destruere tēplū hoc &c. Mar. xxvj. & Mar. xiij. Et sic isurrexerūt testes iniqui. Secūdo loquitur quis falsum testimoniū cōtra ꝓximū cū ei detrahit: dicēdo aliquod criminale de alio in absentia ei⁹ qđ nō est verū: vel si est ver⁹ cū illud sit occultū alijs manifestat ad denigrādā famā ei⁹: quod vtiq; est mortale ſm Tho. ij. ij. Vñ Eccl's. x. Quasi si serpens mordeat in silentio nihil eo minus habet qui occulte detrahit. Serpens comedit terram, i. detractor pascitur defectib⁹ alior⁹ narratis. Serpēs videf incedere p vnā viam: & subito imperceptibiliter voluit se ad aliam. Sic detractor incipit bona dicere de aliquo: postea vrif ad uersariua coniunctione: sed cū summa iniquitas est fratribus detrahere. vt dicit. vj. q. j. c. deteriores. Et deteriores sūt q̄ vitā moresq; bonor⁹ corrūpunt: his q̄ substantias alior⁹ prędiaq; diripiunt. Cauear itaq; vnusquisq; ne aut linguā aut aures habeat prurientes ne. ſ. aut alijs detrahat: aut detrahētes audiat. Sedēs inquit, ꝓpheta aduersus fratrem tuū loquebaris. ſ. detrahēdo: & aduersus filiū matris tuę ponebas scandalum &c. Parcant singuli detractioni linguæ cu stodiantq; sermones suos: & sciāt qa cūcta quæ de alijs loquuntur sua ſnia iudicabūtur. Nemo inuito auditori libē

Detractionis detestatio.

ter loquif. Hęc Greg. papa. vj. q. vj. ex merito. Vñ & Prouer. xxv. dī. Vētus aquilo dissipat pluuias: & facies tristis linguā detrahētē. Et tenef talis restituere famā ablatā, put potest: nō tū debet illi notificare vt simplices dicūt: nec ab eo peteret veniā de quo malū dixit: nisi certusq; sciret: nam hoc esset scandalū in illo generare: & cōtra se pericula incitare. Si aūt malū de aliquo qs dicit falsum vel verū in sui præsentia: hoc prinet ad cōtumeliā: & tūc tenef peteret veniā ab eo: & corā illis dicere se falsum dixisse si falsum dixit: nō ergo detrahēdo falsum testimoniū loqris. Tertio p mēdacē locutionē. Osee. iij. Nō est veritas: & non est mia: & nō est sciētia dei in terra. Maledictū & mēdaciū & homicidiū & furtū & adulterium inūdauerūt. Vñ Hiere. ix. Docuerūt linguā suā loqui mēdaciū. Sed os qđ mentif dicit Sap̄. ſ. occidit aīam. Non occidit autē aiam. ſ. priuādo gra nisi p̄ctm̄ mortale: ergo videf mortale: qđ verū est sed nō semp. Mēriri in his quę sunt fidei & morū: q̄ sunt necessaria ad fidē mortale est: & ꝓtra hoc p̄ceptū qđ ꝓcipue prinet ad prelatos: magistros & prædicatores. de quib⁹. ꝙ. Pec. ꝙ. Erūt in vobis magistri mēdaces: q̄ introducēt sectas perditionis. Et aliqui talia dicūt vt videātur scire. Esa. lvij. Supquē lusistis: sup quē dilatastis os: & eiecistis linguam: nunquid nō vos filij scelesti semē mendax? Sil' mēriri in notabile dānū, ꝓximi spūale vel corporale: mortale est: vel etiā cū quis vtif mēdacio in cōfessione de mortalib⁹ ꝓcipue, vel in iudicio interrogat⁹ iudice. Et de his intelligif auctoritas prædicta. Os quod mentif &c. In alijs casib⁹ loqui mēdaciū nō est cōtra: sed præter istud præceptū: vnde & veniale a quo etiā abstinēdū. ad Col'. iij. Nolite mentiri inuicem. Et aliqñ quis mētitur, ꝓ salute alior⁹. Sed dicitur Iob. xiij. Deus non indiget nostro mendacio. Aliqñ ex falsa humilitate: dicēs aliquod malū de se q̄ nō est: vel negans bonū qđ inesse scit. de quibus Greg. Incauti sunt humiles q̄ mendacio se illaqueāt. xxij. q. ij. incauti. Aliqñ ex verecūdiæ leuitate: vt cū quis credit verū dicere & dicit falsum: postea aduertēs verecundatur illud retractare. Aliqñ istud posset esse mortale. Eccl'i. iiij. Nō contradicas verbo veritatis vllo mō. Aliquando ex vtilitate vt. ſ. aliquid cō sequatur vel malum euitet. Esa. xxviij. Posuimus mendacium spem nostram: & mēdacio ꝓtecti sumus. Aliqñ propter cōmodū alterius. Eccl'i. iiij. Ne accipias faciem contra faciem tuā: nec aduersus animā tuam mēdaciū. Aliqñ ꝓpter ludū quod & peccatum est ſm Augu. Ab omni ergo mēdacio cauēdum est. ſm illud Isido. Omne genus mēdacij sūmopere fuge: nec casu nec studio loquaris falsū. xxij. q. ij. omne genus. Quarto per murmurationem. Frequēter subditi murmurant de prælatis conquerentes de eis q̄ male tractant & gubernant eos. Sed vt dicitur Sap̄. j. Custodite vos a murmuratione quæ nihil ꝓdest: immo multū nocet quia conturbat totum collegium: & inducit alios ad similia. ſ. Cor. x. Nec murmuraueritis sicut quidā eor⁹ murmuraueruntꝝ & perierunt ab exterminatore. dist. xc. alien⁹. Alienus sit a fratrū vnitate qui murmuraverit &c. Maria soror Aaron: quia murmurauit contra Moysen: percussa est lepra. De his vitijs. ſ. detractione, cōtumelia, mēdacio, & murmuratione, diffuse habes. ſ. in. ꝙ. par.

Menda cij varię species.

Nu. xij.

§. XIII. NONVM PRAECEPTVM est. Nō cōcupisces rē, ꝓximi tui &c. Exo. xx. Post ꝓcepta quibus, ꝓhibent expresse p̄cta oris & operis ponūtur ea q̄ prohibēt p̄cta cordis cōcupiscētiā seu desiderū. Ista em̄ est differētia: vt dictū est. ō. ti. xiij. c. j. inter legē diuinā & humanā: qa humana solū iudicat de peccatis oris & opis: nō aūt de p̄tis cordis. Lex aūt diuina iudicat de occultis cordis p̄tis: & ostēdit ea esse puniēda. Chryso. De⁹ nō ex operibus tm̄ iudicat: sed ex cogitationibus & ex corde. xxij. q. v. qui periurare. Et ratio vr dicitur. ſ. Reg. xvj. Quia hoies vidēt quæ foris apparēt: deus autē intuet cor. Cū etiā dicit q̄ lex vetus cohibet manū nō aiam vt noua: nō sic intelligendū est quasi lex vetus nō ꝓhibeat peccata cordis: quia hui⁹ cōtrariū apparet in isto præcepto: sed ideo dī colubre manū nō aīmā: qa nō puniebat pœna tēporali seu corporali p̄cta cordis & malas cōcupiscētias sicut p̄cta operis ꝓhibita p. præcedētia præcepta. & vt dicit Aug. Bona est lex. ſ. ista quæ dū cōcupiscētiā, ꝓhibet, omne malū prohibet, eā de cōsti. nā cōcupiscētia. Concupiscētia em̄ mali est radix oīs mali & principiū. Nisi em̄ quis cōcupisceret ma-

Hoc p̄cepto ꝓhibetur desiderium rei alienæ.

Universidad de Deusto

lum nō facerē. Vñ Mat.xv. De corde exeūt cogitationes, homicidia, adulteria &c. Et hæc sunt quę coinquinant hominē: & quantum ad concupiscentiam rerū. de qua hic dr. Non cōcupisces rem &c. Dicit Pś. lx. Rapinas nolite concupiscere diuitię si affluant nolite cor apponere. Propter quam ratio nes debet quis abstinere a concupiscē tia,

Propē quatuor ratiōes de bet quis abstine re a con cupiscē tia,

quatuor autem rationes debet quis abstinere ab ipsa cōcupiscētia ſm Tho. in tractatu de decem præceptis.

¶ Propter concupiscentię infinitatem,
¶ Propter inquietudinis anxietatem,
¶ Propter iustitie contrarietatem,
¶ Propter substantię inutilitatem.

Quātū ad primū sciendū q̄ cupiditas seu concupiscentia habet quādā infinitatē. Quilibet aūt sapiens debet intendere finem aliquē in suo facto. Nullus em̄ debet ire p̄ viā infinitā. Cōcupiscētia aūt rerū est infinita. Vñ dicit Eccl's v. Auarus nō iplebit pecunia. & Amb. Nec sacietas vnq̄ nec finis aderit cupiditati. dist. xlvij. sicut hi. & Esa. v. dicitur. Vę q̄ iūgitis domū ad domū: & agrū agro copulatis &c. q. d. Nūq̄ poteritis finē ponere vestręe cōcupiscētiæ rerū. Ratio hui' est: qa cor humanū est factū ad recipiendum deū p gratiā, & postea p gloriā. Et ideo quicquid habeat minus deo non pōt finire desideriū eius: ipe em̄ maior est omni re. Pś. cj. Qui. s. deus replet in bonis desideriū tuum. Secūdo debet caueri cōcupiscētia ꝓpter inquietudinē quā habet in se. Quilibet naturaliter appetit quietē: qa hoc est valde delectabile cuilibet: sed cupiditas facit homines semp inquietos pūctiōib⁹ solicitudinū. Vñ cōparanť cupidi terræ ipinosę: quę seminata verbo dei suffocať a spinis crescētibus solicitudinū rerū: vt dicit Luc. viij. Sēper em̄ cupidi sunt soliciti nō habita acquirere: acquisita custodire & augere, ipsa non amittere. Eccl's. v. Saturitas diuitis nō sinit eū dormire. Mat. vj. Vbi est thesaurus tuus: ibi est cor tuū.

Auari tię obligatio,

Ambro. Mens auari semel vinculis cupiditatis adstricta: semp aurū videt, semp argentū cogitat: semp reditus computat: gratius aurū q̄ solē intuet: ipsa eius oratio & suppliatio, ad deū aurū querit. dist. xlvij. sicut hi. Tertio propter iustitiæ contrarietatē. Remota iustitia, ait Augu. lib. iij. de ci. dei. c. iiij. qd sunt regna nisi magna latrocinia: & sic tollitur recta conuersatio humana. Est aūt cupiditas cōtraria iustitiæ: qa vt acquirat sibi cupidus facit omnē iniustitiā in negotiationib⁹: i iudicijs & alijs. Vñ dr̄ Eccl'i. xxxj. Qui diligit aurū nō iustificabit. i. nō faciet iustitiā. & de iudicibus dr̄ Exo. xxiij. Non accipies munera quæ excęcāt prudētes & subuertūt verba iustoꝝ. Legit de quodā iudice cupido q̄ cū haberet quādā causam pię manib⁹: vna pars obtulit ei pro munere vnū vitulū vt. p se sententiā daret: altera vaccā. Cū aūt deberet sentētiā, pferre: dixit q̄ vitulum dederat. Loquatur vitulus, p me. At ille iudex rndet. Vacca nō permittit. Voluit dicere q̄ quia mai⁹ munus acceperat ab alio: iō, p eo debebat dare sentētiā. Quarto ꝓpter substantiæ seu diuitiaꝝ mutilitatē: nec em̄ sibi ꝓsunt corpori: qa tales sustinēt multa incōmoda & pēnurias ad conseruādū & augēdum Eccl's. v. Diuitię cōgregatę in malum dñi sui. Nec animę prosunt: quia cupiditas nō permittit sibi facere eleemosynas & inde sibi quærere thesaurum & mansionē in cęlo. ſm illud Luc. xvj. Facite vobis amicos de māmona iniquitatis: vt cū defeceritis, recipiāt vos in æterna tabernacula. Et demū ducit eum ad interitū. s. ad Tim. vj. Qui volūt, diuites fieri incidūt in tētationem & laqueum diaboli & desideria multa mutilia & nociua: quę mergunt homiem in interitum & perditionem. Et Grego. Bonoꝝ autē nō inhęrere non possumus nisi cupiditatē: quę radix est oīm malorū: radicitus euellam⁹. dist. xlvij. bonoꝝ. Triplr cōcupiscētia sit mortal'.

Triplr cōcupiscētia rerū pōt esse mortale pćm̄. Primo cū aūt talis cōcupiscētia res tpalis vt habeat quocūq̄ modo si pōt de facto: vt p furtū, rapinā, vsurā, fraudē & hmōi. Et de hoc intelligitur illud apli Ephę. v. Ois immūdus aut auarus nō habet hęreditatem in regno christi & dei. Auarus quasi auidus ęris. Secundo cū cōcupiscit substātia terrena: & si p licitam acquisitionē: tū ad malū finē: vt. s. inde possit ludere, fornicari, & alia mala facere, acquirere inde amicos ad, pcurādū regnū & tyrannizandū & hmōi. Et de hoc Eccl's. x. Auaro nihil est scelestius: hic em̄ animā suā venalē habet. Tertio cū nimis diligit etiā iuste acqsita: adeo q̄ ne amittat ea: paratus est facere contra dei mandata: vt peierare & hmōi. Vel etiā nō est paratus subuenire in extrema necessitate indigentibus ne ea diminuat. Talis ponit finem suū vltimum in terrēnis quæ ita inordinate cōcupiscit. Et isto modo impossibile est diuitem intrare in regnum cęlorū. ait christus. Mat. xix. Mar. x. & Luc. xviij. scilicet ponentem finem suum in diuitijs. Als autem inordinate concupiscere seu amare diuitias: citra. s. dilectionem dei vel proximi: talis concupiscētia est veniale. Sed vt dicit Hiere. vj. Ami nore vsq̄ ad maiorem: omnes auaritiæ student.

Exēplū

§. XIIII. DECIMVM ET VLTIMUM præceptum decalogi est.

Hoc vltio pceptum pro hibet desiderium vxoris proximi.

Nō desiderabis vxorē ꝓximi tui. Exo. xx. Vt dicit Io. in. j. canonica. c. iij. Oē quod est in mūdo. i. in mūdanis pctōrib⁹: aut est ꝓcupiscētia carnis: aut ꝓcupiscētia oculoꝝ: aut superbia vitę: qđ ptinet ad cōcupiscētiā bonoꝝ: ſm be. Tho. in tractatu de. x. præceptis. Duo ex his intelliguntꝰ ꝓhibita p præcedēs præceptū. Nā cum dicitur. Nō cōcupisces rē ꝓximi tui: intelligit ꝓhibita cōcupiscētia oculoꝝ: cū dicit. Nō domū: intelligit prohibita superbia vitæ: seu ꝓcupiscētia bonoꝝ. In domo em̄ in q̄ est altitudo & latitudo: intelligit superbia & diuitiæ: & ꝓsequēter dignitates & honores. Tertiū aūt. i. cōcupiscētia carnis hic ꝓhibet cū dicitur. Non desiderabis vxorem eius: sub quo etiā cōprehenditur omne desiderium carnale illicitū: sicut. ē. sub nomine mœchię includit oē pctm̄ operis carnalis. Sed quia hoc apparet magis de se iniustū, scilicet de vxore ꝓximi: ideo expresse hoc ꝓhibetur dr̄ dicitur. Non desiderabis vxorem proximi. In alijs pręceptis sub peccato operis intelligitur prohiberi peccatum mali desiderij ipsius operis: sed de mœchia & furto dātur ꝓcepta & distincta p̄cepta operis & cogitationis: qa cōcupiscētia magis trahit ad ista. Pś. cv. Concupierūt concupiscentiā in deserto. i. diuersaꝝ rerū & gulę & luxurię: vt in Moabitis. Est autem quadruplex gradus huius cōcupiscentiæ.

Gradus quadruplex cōcupiscētiæ.

¶ In carnali suggestione.
¶ In sensuali delectatione.
¶ In rationali deliberatione.
¶ In audaci defensione.

Notat ista Greg. in. iij. moral'. dicēs. Quatuor modis peccatū ꝓpetrat: in corde. s. cōcupiscēdo: quod intelligitur de quolibet peccato: sed magis discernit in ꝓcupiscētia luxurię: suggestione. s. delectatione consensu & defensionis audacia. Fit aūt suggestio per aduersarium, delectatio p carnē, consensus p spm̄. i. defensionis audacia p electionem. Dat exēplū de lapsu primoꝝ parentū dicēs. Illā primi hois rectitudinē antiquus hostis his quatuor ictib⁹ fregit. Nā speciem suasit. Eua delectata est quasi caro. Adā cōsensit vt rationi etiā requisitus cōfiteri culpā p audaciā voluit defendere: di. Mulier quā dediſti mihi sociam: dedit mihi de ligno & comedi: hoc in humano genere quotidie agit quod actū i primo patēte nostri generis nō ignoratur. Serpens suasit: quia occultus hostis mala cordibus hoim latēter suggerit. Sed vt dicit Eccl'i. xv iij. Post cōcupiscētias tuas nō eas: qa vt ait Amb. exponēs illud Pś. cxxxvj. Beatus q̄ tenebit & allidet paruulos suos. i. lubricas cogitatiōes & primos motus cōcupiscentię ne vltra ꝓcedat ad petrā resistētiæ. Raro tū est quin ibi sit pctm̄: & pręcipue qn̄ quis est occasio huius cogitationis p distractionem sensus. Secundus gradus est p sensualem delectationem, ad Gal'. v. Caro cōcupiscit aduersus spm̄. vbi dicit augu. q̄ nonnullum pctm̄ est cum caro concupiscit aduersus spm̄. Et hea. Tho. vbi. ē. dicit. q̄ nullus euadit concupiscētiā carnis post pctm̄ primoꝝ parentum ꝓpter corruptionē naturę præter Christū & virginem matrē eius. vñ ad Ro. vj. Non regnet pctm̄ in vestro mortali corpore vt obediatis cōcupiscētijs eius: nō ait: nō sit: sed non regnet. i. nō dominet. Est quidē in carne pctm̄ ꝓcupiscētię: cū delectatur sola sensualitas sed non dominatur cum ratio non assentit. Et vt dicit Grego. Nequaq̄ immunda cogitatio mentē maculat. s. per mortale: cum pulsat. s. p suggestionē vel sensualē cōplacētiā. Sed cum hanc sibi per delectationem subiugat. s. assentiendo. de pec. dist. ij. inter hęc. Tertius gradus est per consensum rōnis. Sicut em̄ Eua cōsto fructū porrexit subito viro: ita sensualitas in suggestione cōcupiscētię alicuius mali delectata: subito suggerit rōni vt assentiat: q̄ si consentit tunc quasi adam comedit: & mortal'r peccat in his quę sunt ꝓra pręcepta. de quo dr̄ Dañ. xiij. Cōcupiscentia subuertit cor tuū: quod dupl'r dī. s. cōsentit in opus malū vel. eū cōsentit in morosam delectationē: quod etiā est mortale ſm Tho. Matt. v.

Qui viderit

Qui viderit mulierē ad cōcupiscēdū eā: iam mœchatus est eā in corde suo. j. ad Cor. x. Nō simus cōcupiscētes malorum sicut illi cōcupierūt: & ceciderūt vna die. xxiij. milia.

Quartus gradus ē audax defensio seu excusatio: sicut primus parēs cū fuisset requisitus de culpa subito quasi defendens intorsit culpā in mulierē: vel eū q̄ dederit ei in sociā. Sic pctōr post cōsensum se excusat vel p exempla peius facientiū: vel diaboli tentātis & hmōi. Ia. iij. Vnde bella & lites in vobis: nōne ex cōcupiscētijs vestris quę militāt in mēbris vestris: excusādo. s. mala &c. Debet aūt conari qlibet has cōcupiscētias vincere: occasiones exteriores fugiēdo: vt malas societates & discursus: auditū & aspectum vanū. Non concupiscat pulchritudinē mulieris cor tuum: ne capiaris nutibus illius. Prouer. vj. Quoniā q̄ retigerit picem inquinabit ab ea. Eccl'i. xiij. Secūdo p mortificationē carnis. ad Gal'. v. Qui christi sunt: carnē suā crucifixerūt cū vitijs & cōcupiscētijs. Tertio p oronē. Sap'. viij. Scio q̄ nō possum esse cōtinēs: nisi tu dederis. Quarto per occupationē Eccl'i. In desiderijs est omnis otiosus. Per agrū pigri hominis trāsiui. ait Salomon Prouer. xxiij. & pvineam viri stulti: & ecce totū repleuerāt vrticę cōcupiscētiaꝝ scilicet.

Excusatio grauat pec catum.

¶ De præceptis cærimonialibus ipsius legis sub quadruplici differentia. Cap. v.

Cærimonialia mo talit ob seruanda,

Sacra q̄ aneꝑo ſtituta. tionem a christo. Sed in sacramentis noui testamenti pusta consecrationis rempli vel altaris: & in celebritate solennitatū & huiusmodi non datur aliqua gratia: & ideo quia ipsa non pertinent secundum seipsa ad necessitatem gratię interioris reliquit deus instituenda p̄latis pro arbitrio suo. Rectus autem vsus gratię est per opera charitatis: q̄ quidem fm ꝙ sunt de necessitate virtutis pertinent ad p̄cepta moralia: q̄ etiā in veteri lege tradebant. Vñ quantum ad hoc lex noua addere nō debuit circa exteriora agenda. Determinatio aūt horum operum in ordine ad cultum dei pertinet ad cerimonialia: in ordine ad proximum ad iudicialia: & ideo quia iste determinationes non sunt fm se de necessitate interioris gratię in q̄ lex noua cōsistit: ideo non cadunt sub p̄cepto nouę legis: sed relinquuntur huiusmodi humano arbitrio. Quędam quidem quantum ad subditos: q̄. f. pertinent sigillatim ad vnumquemq;. Quędam vero ad p̄latos tēporales vel spirituales: q̄. f. pertinent ad vtilitatem cōmunē. Sic igitur lex noua nulla alia exteriora opera determinare debuit: p̄cipiendo vel prohibendo: nisi sacramenta & moralia p̄cepta q̄ de se pertinent ad rōnem virtutis: vt nō esse occidendū, furandū, & huiusmodi. Ea aūt quę sunt fidei: quia sunt supra humanā rōnem: vnde ad ea non possumus peruenire nisi p gratiam: ideo abundanti ori gr̄a superuenīte oportuit plura credenda explicari: sicut de mysterio trinitatis: & articulis incarnatiōis: quę traduntꝰ explicite i euāgelio. qđiudi cialia p̄ cepta n ponūt in euā- gelio. Iudicialia autē p̄cepta nō sunt posita in euāgelio: qa cū fm se nō sint de necessitate virtutis: sed solū quātū ad cōmunē rōnē iustitię: ideo reliqt dns ea disponēda his q cura erāt habituri alioꝝ tēporalē vl' spūalem: explanauit tn quędā iudicialia christus ad excludēdū falsum intellectū Scribarū & Phariseorum. Q̄ aūt christus dedit apl'is quę dā mādata: vt patet Mat. x. Mar. vj. Luc. x. Nolite portare sacculū: nec̄ perā: nec̄ argentū &c. Nō illa dedit tā p̄cepta moniales obseruātias: sed tā moralia statuta q̄ possunt itelligi dupl'r. Vno modo vt dicit Aug. de cōsensu euāge listarū: vt. f. nō fuerint p̄cepta: sed cōcessiones. Concessit em̄ vt possent pgere ad p̄dicationis officiū: sine pera: baculo: auro: & pecunia tā habētes potestatē accipiēdi necessaria vitę ab his qbus p̄dicabāt. Vñ subdit. Dignꝰ est em̄ operarij cibo suo. Nō aūt peccat q superogat sua portās: ex qbus viuat in p̄dicatiōis officio: nō accipiēs sum ptū ab his qbus p̄dicat: sicut fecit Paulus Corinthi la- j. co. ix borās manib⁹ suis vt indeviueret. Alio modo possunt intelligi fm expositionē aliorū sanctoꝝ vt fuerint illa q̄dā statuta tpalia apl'is data, p illo tpe quo mittebātur ad p̄dicādū in Iudęa ante passionē christi. Indigebant em̄ adhuc quasi paruuli sub christi cura existētes accipe aliqua instituta specialia, sicut & q̄libet subditi a suis p̄latis. Et p̄cipue q erāt paulatim exercitādi: vt tēporali ſi solicitudinē abdicarēt: per qđ redderent idonei vt euāgeliū p orbē p̄dicarēt. Illa aūt tēporalia statuta remouit imminēte passiōe tā discipulis sufficiēter exercitatis p ea, Vñ dixit eis Lu. xxij. Quādo misi vos sine sacculo &c. Sed nunc q habet sacculū tollat sil'r & perā &c. q̄si iā imminēret tē pus perfectę libertatis quo suo dimitteretur arbitrio. Hęc Tho. Possunt etiā exponi illa mōrał'r: vt. f. p̄dicatores nō Mora- possideāt aurū humanę sapiētię: aut argētū eloquentię. f. lis exposcōfidendo in illis & in illis insistēdo. Nec sacculū thesauri sitiopręzationis: nec perā sollicitudinis lautę ad edēdum p̄parationis dictorū nec duas tunicas duplicitatis seu hypocrisis: nec calciamēta. i. exēpla mortiferę actionis seu afflictiōis: nec virgā iræ & vindictę: nec p viā salutēr. f. adulādo auditoribꝰ vt etiā de domo in domū nō trāsirēt. i. nō sint vagabundi & vi sitātes domos mulierculārum vt annūtiēt primo domui pacē. i. quęrāt pacē dom⁹ vbi morant & ecclię vbi p̄dicāt: & nō seminent scādala: & comedāt q̄ apponunt: nō quidē lapides vel noxia: sed ne solicitent de cibis p̄paradis: & molestēt hospites i petēdo varia: vel etiā ꝙ oīb⁹ indifferēter prędicēt i corporādo ecclię fidei: sed tantū baculū cōcessit portare designantē crucē. Nos ait apl's) prędicam⁹ christ⁹ j. Cor. j. stum crucifixum &c. In quibus conditionibus obseruandis multū deficiunt prædicatores modernivt euidens est.

§. VI. QVOD LEX NOVA SVFFI-

cienter ordinat hominem circa actus interiores: & hoc p̄cipue in sermone quem fecit dominus in monte discipulis suis quē recitat Mattheus euāge. a. v. c. sui euāgelij vsq; ad. viij. exclusiue per tria capitula continua. Vnde dicit Augustinus in lib. de sermone domini in monte. Considerandum est: quia cum dicit. Qui audit verba mea hoc faris si gnificat istum sermonem domini omnibus p̄ceptis: quibus christiana vita formatur esse perfectum. Vnde posset induci de eo illud Pā. cxviij. Lucerna pedibus meis verbū tuum & lumen semitis meis. Verbum vocale ex ore christi est in toto illo sermone. Vnde in principio dicit euangelista. Aperiens os suum. q. d. In alijs sermonibus scripturę & veteris legis aperuit ora prophetarum: in isto autem os suum. Et per prophetas locutus est quasi infra dentes. i. obscure in isto apperuit os. i. clare locutus. Et istud verbum scilicet doctrinę huius sermonis: est lucerna plena oleo gratię quam continet lex euaugelica & ligne amoris vnde Prouerbio. vj. Mandatum lucerna est: & lex lux. Et hęc est posita pedibus meis. i. ad dirigendos pedes intentionis & affectionis in agendis: & lumen semitis meis. i. operibus exterioribus ad informandum ea. In isto igit sermone perfecte interiores motus hominum ordinantur Sermo Secundo Tho. j. ij. q. cviij. arti. iij. Nam primo christ⁹ po- domini nit & declarat finem in agēdis debitum qui est vltimus. f. ī mōte, beatitudinē dicens Beati pauperes spiritu quoniam ipsorum est regnum cœlorum & aliæ beatitudines. Secundo commendat apostolicam dignitatem per quam erat doctrina euangelica promulganda: declarans ꝙ exemplaris & perfecta debet esse vita eorum subdens postea. Vos estis sal terrę &c. Tertio ordinat motus interiores cuiusli bet hominis: Et primo quantum ad seipsum. Secundo quātum ad proximum. Tertio quantum ad deum. Quantum ad seipsum dupliciter ordinat hominem fm duos in

Universidad de Deusto
Biblioteca

teriores animi motus circa agenda qui sunt voluntas agẽdi: & intentio de fine. Primo igitur ordinat hominis vo-luntatẽ fm diuersa legis ꝓcepia: vt. s. abstineat aliqs non solum ab exterioribus operibus q̃ sunt fm se mala dicẽs: dictum est antiquis. Non occides: sed etiam ab interioribꝰ motibus & occasionibus malorũ vt ira & contumelia dicens. Qui irascitur fratri suo reus erit iudicio. Mat. v. Intẽtionem aũt ordinat docens ꝙ in bonis operibus non debemus quærere humanam gloriam dicens. Attẽdite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus vt videamini ab eis &c. Mat. vi. Et nolite fieri sicut hypocritæ: nec ꝙ mundanas diuitias appetere dicẽs. Nolite thesaurizare. Matt. vi. Vbi etiam notãdum est ꝙ omnes res mũdanę ad tria reducuntur. s. honores: diuitias: & delitias: secundum illd

Ad tria reducũtur oẽs res mũdanæ.

ſ. Ioã. ij. Oẽ qd̃ est in mũdo: aut est concupiscẽtia carnis: aut cõcupiscẽtia oculorꝫ: aut superbia vitæ. Et supfluas quitur dẽ delitias carnis quę pertinẽt ad cõcupiscẽtiã carnis lex vetus nõ ꝓhibuit sed magis ꝓmisit. Promisit em̃ lex illa celsitudine honoris qd̃ pertinet ad superbiã vitæ & abũdãtiã diuitiarũ qd̃ pertinet ad cõcupiscentiam oculorꝫ. Dicit em̃ Deut. xxviij. Si audieris vocẽ dñi dei tui vt facias atq; custodias oia mãdata ei⁹ q̃ ego ꝓcipio tibi hodie: faciet te dñs deꝰ tuus excelsiorem cũctis gentibꝰ. Et paulo post. Et abũdare te faciet oibus bonis. Quę quidẽ ꝓmissa prae intelligebãt Iudei. s. vt ꝓterea esset deo seruiendũ sicut ꝓpter finẽ. Et ideo dñs hęc remouit ostẽdens primo ꝙ opera virtutũ nõ sunt facienda ꝓpter humanã gloriã. Et ponit tria opera ad quę oia alia reducunt. Nã oia quę qs facit ad refrenãdũ seipm a suis concupiscẽtijs: reducũtur ad ieiunũ. Quęcũq; vero fiũt ꝓpter dilectionẽ ꝓximi: reducunt ad eleemosynã. Quęcũq; vero ꝓpter cultũ dei: reducunt ad orõnẽ. Ponit aũt hęc tria quasi ꝓcipua: ga per hęc maxime hoies solẽt gloriari. Sed docuit ꝙ nõ debemus cõstituere finẽ in diuitijs dicẽs. Nolite thesaurizare. Secũdario ordinat hois interiorẽ motũ quo ad ꝓximũ vt s. eũ non temerarie aut iniuste: aut ꝓsumptuose iudicemus dicẽs. Nolite iudicare & nõ iudicabimini. Mat. vij. Nec ꝙ etiã ꝙ simus erga proximum nimis faciles: vt eis. s. sacramẽta cõmittamus vel demus si sunt indigni vt dicit

Præcepta moralia remanserunt.

Nolite sanctũ dare canibus: nec ꝙ mittatis margaritas vestras añ porcos: ga. s. immũdis nõ sunt dãda sacra. Hoc tñ cũ distinctione intelligẽdũ est: vt habet in. iij. parte. Vbi etiã sciẽdũ ꝙ ꝓcepta moralia veteris legis oino in lege noua remanere debuerũt: qa fm se ptinẽt ad rõnem virtutis: vnde & Gra. dicit in princi. decre. ꝙ ius naturale qd̃. s. est de moralibꝰ in lege & euãgelio continet: quo. s. quisq; iubet alteri nõ facere qd̃ sibi non vult fieri. & alteri facere qd̃ sibi vult fieri. s. qd̃ vult fm rõnẽ: vt dicit gl. ibi. Istud autẽ sed'm. s. oia q̃ vultis vt faciãt vobis hoies: & vos facite illis: dicit christus in illo sermone. Præcepta autẽ iudicialia non remanent in lege noua ex necessitate fm ꝙ lex determinauit: sed relinq̃bantur arbitrio hoim vtrũ sic vel aliter esset determinãdũ. Et ideo circa ista duo gña præceptorũ nos ordinauit. Præceptorũ aũt cerimonialiũ obser

Præcepta iudicialia nec cerimonialia non remanserunt

uatio totaliter ꝑ impletionẽ rollebat. Et ideo circa huiꝰmodi ꝓcepta cerimonialia in illa doctrina sermois nihil ordinauit. Ostẽdit tñ alibi ꝙ torꝫ cultꝰ corporalis qui erat determinatꝰ i lege: erat i spũalẽ cõmutãdꝰ: vt patet Io. iiij. cũ dixit Samaritanæ. Veniet hora qñ nec ꝓ in mõte hoc: nec ꝓ Hierosolymis adorabitis patrẽ: sed veri adoratores adorabũt patrẽ in spũ & veritate. Circa tria autẽ ꝓcepta ex moralibus adimpletionẽ exposuit. Nã circa homicidiũ & adulteriũ existimabant Scribę & Pharisei actũ exteriorẽ

Expõit christus tria ꝓcepta moralia.

ꝓhiberi nõ motũ interiorẽ: qa huiꝰmodi morꝫ iræ & cõcupiscẽtię videtur inesse nobis a natura. Sed dñs ostẽdit prohibitũ etiã appetitũ interiorẽ huiꝰ dicens. Qui viderit mulierẽ ad cõcupiscẽdũ ea iã mœchatꝫ est ea in corde suo. Matt. v. Et illud. Qui irascit fratri suo: reus erit iudicio. Iuramẽtum etiã estimabãt vt ꝑ se appetendũ: qa videt ad reuerẽtiã dei ptinere vñ frequentadũ. Sed ostendit dñs nõ appetẽdũ vt bonũ & meliꝰ sine iuramẽto loqui: nisi necessitas vrgeat. Vnde dixit i sermone illo. Nolite iurare oino id est omnino cãonabili. Circa iudicialia errabãt Scribę & Pharisæi. Primo qa quædã q̃ in lege Moysi erant tradita tamẽ ꝑ permissiones reputabant ꝙ se iusta vt repudiũ vxoris: & accipere vsuras ab extraneis. Et ideo dñs i sermõe ꝙ

Erroriũ deorũ circa iudicialia

hibuit: & repudiũ vxoris. Mat. v. & vsuras accipere dicẽs Luc. vi. Mutuũ date nihil inde sperantes. In hoc em̃ consistit vsura sperare lucrũ ex mutuo. Sed o errabãt estimantes pœnã quã lex instituerat propter iustitiã exequẽdã ex appetitu vindictæ: vel cupiditate ꝑaliũ rerũ vel odiũ inimicorũ esse licitũ ꝓpter ꝓceptũ raleonis datũ qd̃ datũ fuit vt iustitia seruaret nõ vt vindicta q̃reret. Vñ dñs ad ꝫ remouẽdũ docet animũ debere qs habere paratũ ad plura etiã sustinendũ si necesse sit. Vñ dixit. Ego dico vobis nõ resistere malo: sed siqs te ꝑcusserit in dexterã maxillã: præbe ei & alterã. Mat. v. qd̃ intelligit quãtum ad animi ꝓparationẽ fm Aug. xxiij. q. j. paratus. Motũ cupiditatis estimabãt licitũ ꝓpter ꝑcepta iudicialia qbꝰ mãdabat fieri restitutio cũ additione. Sed dñs docet vt ex cupiditate nãa etiã non repetamꝰ sed simꝰ parati etiã ampliora dare si necesse fuerit. ibi. Siqs accepit tunicam dimitte ei & palliũ. Odiũ credebãt licitũ ꝓpter hostiũ interfectionem cõcessam sed ꝫ tollendũ mãdaut dñs etiã inimicis bñfacere. Mat. v. Ego dico vobis. Diligite inimicos vros bene facite his qui oderũt vos &c. Tertio & vltimo docet modũ iplẽdi doctrinã euãgelicã. s. ꝙ orõnẽ. Et ꝫ habet nos ordinare ad deũ ꝑ conatũ nrm qa q̃ fecit te sine te nõ iustificabit te sine te. ait Aug. Et ideo ait. Cõtẽdite itrare per angustam portã & regnũ cœlorũ vi patiẽ & violenti rapiũt illud. Mat. vij. Et ꝙ cautelã adhibeamus ne seducamur ꝑ falsos ꝓdicatores. ibi. Attendite a falsis ꝓphetis q̃ veniunt ad vos i vestimentis ouium itrinsecus autem sunt lupi rapaces. Et demũ ꝙ obseruatio mandatorũ est necessaria ad vitam nec sufficit ꝓfessio fidei vel opatio miraculoꝝ vñ ait. Non oĩs q̃ dicit mihi dñe dñe &c. Et postea. Multi dicẽt illa die dñe nonne i nõie tuo prophetauimus &c. Nec etiã sufficit audit⁹ solus horum verboꝝ sed executio vnde dicit. Omnis qui audit verba mea hæc & non facit similis est homini stulto qui ædificauit domum suam ſuper arenam sed faciens similis est ædificanti supra petrã. Mat. vij.

Prohibet etiam solicitudinem circa ꝓalia dicẽs. Mat. vi. Nolite soliciti esse & hoc nõ necessariam sed inordinatã. Hæc autem inordinata est quadruplex: & ideo vitanda. Primo vt in eis finem non constituamus nec ꝙ deo seruiamus propter victum & vestitum. Vnde dicit. Nemo potest duobus dominis seruire. Secundo vt non solicitemur de ꝓalibus cũ desperatiõe diuini auxilij. Vnde domin⁹. Scit pater vester quia his hoĩbus indigetis. Tertio ne solicitudo sit præsumptuosa vt. s. hõ ꝓsidat per suã solicitudinem se posse ꝓcurare necessaria vitæ qd̃ remouet per hoc quod dicit ꝙ hõ non põt adijcere ad staturã suã cubitum vnum. Quarto ꝑ hoc ꝙ solicitudinis præoccupat tps: qa. s. solicitus est nũc de eo qd̃ nõ ptinet ad curã ꝑsentis temporis sed futuri. Sicut cum tpe messis solicitatur circa vindemiam propter quod dicit. Nolite soliciti esse in crastinum. i. futurũ remotũ. De hac tamen materia solicitudinis habes diffuse in. ij. parte ti. j. c. xxv. de inquietudine.

Soliciti cudo multiplex.

§. VII. QVOD IN LEGE EVANgelica cõuenienter traduntur cõsilia ꝙ sit addita ꝓceptis multũ vtilia.

Vñ Prouer. xxvij. dr̃. Vnguento & varijs odoribꝰ delectat cor & bonis amici cõsilijs aia dulcoratur. Maximꝰ & vtilissimus amicꝰ noster Iesus christus. Vñ i Cañ. Ipse est amicus meus filius Hersim. Cõsilia eiꝰ vtilissima & dulcedine plena. s. q̃ tradit i euangelio. Vñ pã. lxvij. Aialia tua habitabunt in ea. s. hereditate: parasti i dulcedine tua pauperi deꝰ. Aialia mũdi sunt viuentes bestialiter. Sed aialia dei sunt que ducunt spũ dei nõ ꝓprio fm opa virtutum. Vñ designantur ꝑ quatuor aialia q̃ vidit Ezech. c. j. Designãtur em̃ ex spe sua q̃tuor virtutes cardinales, fm expõnẽ Greg. sup Ezech. Ista habitabũt demum i hereditate domini .i. patria supna quã ipse deꝰ dat filijs suis. ad Ro. viij. Hæredes qdẽ dei cohæredes aut̃ christi. Vñ & illa eadem aialia vidit Ioan. ante thronum dei stantia. Apoc. iiij. Quõ autẽ pueniant ad hanc hereditatẽ mſinuat psalmista subdens. Paraſti &c. i. in dulcedine dilectionis quam continet lex euãgelica quam tu deus paraſti pauperi. Sic exponit Gra. xxiij. q. vj. c. vlt. §. item Ioãnes. Ad pfectionem dilectionis puenitur per obseruãtiam consiliorum quoꝝ primũ est paupras christi fũdamẽtũ aliorꝝ & ideo signãter dicit pauperi. Pro hoꝝ declaratione dicit Tho. i. ij. q. cvij. art. iiij. ꝙ ista est differẽtia inter ꝓceptũ & cõsilũ qa ꝓceptũ i

Dñia inter ꝓceptũ & cõsilũ.

portat necessitatem. Consilium autem ponitur in optiõe eius cui datur. Et ad hoc facit quod ait Augu. Quod præcipitur imperatur: quod imperatur necesse est fieri: si non fiat pœnam habet. Consilio domini si vti nolueris minꝰ boni adipisceris. xviij. q. j. qsq;. Quod conueniẽter autem in lege noua quæ est libertatis dicit Thom. vbi. s. Præceptis addita sunt consilia: non autẽ in veteri lege quę erat lex seruitutis. Oportet ergo ꝙ ꝓcepta nouę legis intelligantur esse data de his quæ sunt necessaria ad consequendum finem eternæ beatitudinis: in quam lex noua immediate introducit. Consilia vero sunt de his per quæ meliꝰ & expeditius potest homo consequi finem predictum. Est autem homo constitutꝰ inter res huius mundi: & spũalia bona in quibus æterna beatitudo consistit: ita ꝙ quanto plus inhæret vni eorum tanto plꝰ recedit ab altero: & econuerso. Qui ergo totaliter inhæret rebus huius mundi vt in eis constituat finem: habens eas quasi rationes & regulas operum suorum: totaliter excedit a spiritualibꝰ bonis: & huiusmodi inordinatio tollitur per præcepta. Sed ꝙ homo totaliter ea quæ sunt mundi abijciat nõ est necessariũ ad perueniẽdum ad finẽ ꝑdictum: qa põt hõ vti rebꝰ huiꝰ mũdi: ita ꝙ ad æternã bitudinẽ pueniat: dũmõ in eis finẽ nõ cõstituat: sed expeditius pueniẽ ad ipam beatitudinẽ: ista ꝓalia abdicãdo: & ideo de hoc dant consilia euãgelij

Ijõa huius mũdi in tri bꝰ consistunt.

Bona aũt huiꝰ mũdi quꝫ ptinẽt ad vsum humanæ vitæ in tribꝰ cõsistũt. s. in diuitijs rerũ exteriorꝫ q̃ ptinent ad cocupiscẽtiã oculorꝫ: & delicijs carnis: q̃ ptinẽt ad concupiscẽtiã carnis & honoribꝰ q̃ ptinẽt ad superbiã vitæ vt patet. j. Io. ij. Hęc igit̃ tria relinq̃re ptinet ad ꝓsilia euãgelica. Relinq̃re dico fm ꝙ possibile est. In quibꝰ tribꝰ fundatur ois religio quę statũ pfectionis perficit. Nam diuitię abdicantur per paupertatẽ: delicię carnis ꝑ perpetuã castitatẽ: superbia per obediẽtię seruitutẽ. Hęc aũt simpliciter obseruata ptinẽt ad cõsilia simpliciter ꝓposita. Sed obseruatio vnius cuiusq; eorũ aliquo casu pertinet ad cõsiliũ fm quid. s. in casu illo: puta cũ homo dat aliquã eleemosynã pauperi quã dare nõ tenetur: sequitur cõsiliũ quãtũ ad factũ illud Similiter q̃n in aliquo tpe determinato a delectationibꝰ carnis abstineat vt orationibꝰ vacet ꝓsiliũ sequit̃ pro tpe illo. Similiter q̃n aliqs nõ sequit̃ voluntatẽ suã in aliquo facto quo licite facere posset: sequit̃ cõsiliũ in casu illo. Similiter si beneficiat inimicis q̃n nõ tenet. j. Vt si offensam remittat cui⁹ iuste posset exigere vindictã: cõsiliũ sequitur in casu illo. Et sic oia cõsilia particularia ad illa tria generalia & pfecta reducũtur. Et nota q̃uis predicta cõsilia de se sint oibus expediẽtia: tñ ex indispositione aliquoꝝ ptingit ꝙ alicui expediẽtia nõ sunt: qa eoꝝ affectꝰ nõ inclinat ad hoc. Et ideo christꝰ cũ ista ꝓsilia, ꝓponit semp facit mẽtionẽ de idoneitate hoim ad obseruãtiã cõsilioꝝ. Dãs em̃ consiliũ perpetuę pauptatis ꝑmittit. Si vis perfectus esse. Mat. xix. Et subdit, Vade & vende oia q̃ habes & da pauperibus. Similiter dans cõsiliũ perpetuę castitatis cum dixisset eunuchi qui castrauerũt seipos, ꝓpter regnũ cœlorꝫ: statim subdit. Qui põt capere capiat. Ibidem. Similr apls dato cõsilio ꝟginitatis subdit. hoc advtilitatẽ vr̃am dico: non vt laqueũ vobis iniciã. Cõsiliũ aũt obedientię ꝑticulariter dedit christꝰ cũ dixit. Vade & vẽde oia & sequere me. Vel etiã cũ ait Mat. xvj. Mar. viij. & Lu. ix. Qui vult venire post me abneget semetipsum: & tollat crucem suã & sequatur me: q̃ sequela intelligit nõ solũ imitando opa sua: sed etiã obediendo mãdatis fm illud. Oues meæ vocem meã au. & se. me. Io. v. Quę aũt dicunt a christo de dilectione inimicorꝫ & similibꝰ q̃ habent Mat. v. & Lu. vj. quãtũ ad ꝑparationẽ animi sunt in ꝑcepto: vt. s. sit hõ paratꝰ ad hoc facere etiã inimicis: cũ subest aliq̃ necessitas. Sed ꝙ aliqs in ꝓpriu hęc exhibeat inimicis vbi necessitas spãlis nõ occurrit: est in cõsilio. Et de cõsilio virginitatis seu castitatis dicit Amb. Integritas corpis expetẽda a nobis ẽ: quam ego ꝙ ꝓsilio suadeo: nõ ꝙ impio ꝓcipio. Sola em̃ virginitas est quę suaderi põt: imperari non põt. Res est magis voti. i. voluntatis libere q̃ ꝓcepti. habent hæc. xxxij. q. j. integritas. De cõsilio obedientię ait Stephan⁹ papa cuidã vxoricidæ. Placeat tibi ꝓsiliũ nr̃m qd̃ tibi meliꝰ & vtiliꝰ videri põt. Relinque hoc sæculũ malũ: ingredere monasteriũ: humiliare sub manꝰ abbatis: cũcta facito simplici animo quæ tibi fuerint imperata. xxxij. q. j. admonere. De paupertate dicit Vrbanus papa. Quicũq; vestrum cõmunem vitã susceptã habet: & vouit se nihil ꝓpriũ habere videat ne policitationẽ suã irritam faciat: sed hoc quod dño est pollicitus fideliter custodiat ne damnationem: sed præmium sibi acqrat. xij. q. j. scimus. Et nota ꝙ ista quę de se ponuntur sub consilio: post ꝙ promissa fuerint per votum cadunt in præceptum: vt patet in religiosis quo ad paupertatem: castitatem: & obedientiam.

TITVLVS XVI. DE QVINTA

lege quę dicitur consuetudo vel mos.

¶ De cõsuetudinis qdditate actiõe & differẽtia. Ca. vnicũ

§. I. DIFFINITVR AVTEM SIC

ab Isido. v. Etym. Mos est longa consuetudo de moribus tantummodo tracta. Cõsuetudo autem est quoddam ius cõsuetum moribus institutum quod pro lege suscipitur cum deficit lex. dist. j. mos. &. c. sequen. Vbi glos. objcit contra descriptionem primam tamq̃ non bonã. Primo quia idem ponitur in descripto & descriptione eius. Mos est enim qui describitur & in descriptione ejus dicitur de moribus tantummodo tracta. Secundo objcit: quia cum consuetudo videatur esse species moris & mos genus inconueniens ẽ ꝙ species ponatur in diffinitione generis sui: sicut si diffiniẽdo aial diceret ꝙ est hõ: eẽt incõueniẽs. Sed ad primũ rñdet ꝙ mos sumit tripliciter. Vno mõ, pro est gen⁹ ad omnẽ legẽ humanã scriptã & nõ scriptã. Et sic sumit Gra. in pri. decretorum cũ ait. Gen⁹ humanũ duobꝰ regit. naturali. s. iure & moribꝰ. i. iure positiuo scriptoꝝ nõ scripto. Sed o mõ dr̃ mos actus frequẽtatꝰ: & ꝓcipue morigeratꝰ seu fm rõnẽ. Et sic sumit in diffinitiõe moris & ꝙsuetudinis. Tertio mõ sumit, p iure hũano nõ scripto. Et sic sumit cũ hic dr̃ ꝙ mos est lõga ꝙsuetudo. Et sic etiã ꝙsuetudo aliq̃n sumit, p oi iure positiuo scripto vel nõ scripto: & sic sumit cũ dr̃. Mos est lõga cõsuetudo. Alq̃n sumit, p iure positiuo nõ scripto: & sic sumit cũ diffinit cõsuetudo ꝙ ẽ q̃ddã ius &c. Arch. in Rosario sup⁹ bo mos, dicit ꝙ mos & ꝙsuetudo q̃nq; sunt noĩa iuris: & fm hoc hic diffinit̃ r: vt dictũ est: & aliq̃n sunt synonima. Aliq̃n ꝟo sũt noĩa q̃litatis. Et fm hoc idẽ videt esse mos & ꝙsuetudo. s. q̃litas seu habitꝰ mẽtis ex quo hõ disponit ad hoc vel illd̃ faciẽdũ: & si ad malũ vitiũ est. Et q̃uis large dicat talis habitus mos vel ꝙsuetudo: tñ, ꝓprie loquẽdo nõ simpliciter dici deberet: sed cũ adiectiõe. s. mal⁹ mos seu mala cõsuetudo. Si ꝟo talis habitꝰ ad bonũ inclinat dr̃ virtꝰ vel bõa q̃litas mẽtis: & nõ solũ dr̃ cũ additione bon⁹ mos & bõa cõsuetudo: sed simpliciter mos & cõsuetudo. Et idẽ sunt mos & cõsuetudo. s. qualitas veniẽs ex actibꝰ iteratis similibus. & sic sumit in diffinitiõe cũ dr̃ moribꝰ. s. ꝑ actibꝰ iteratis pluries & bõis Idẽ sup verbo cõsuetudo vbi dr̃, ꝙ est ius quoddã. Objcitur: qa ꝙsuetudo ẽ factu vt dr̃ ẽ de cõsti. licet lib. vj. qa cõsuetudo cõtraluꝫ saltẽ tacite: qm̃ ẽ pactũ tacitũ: sed paciscí & cõtrahere ẽ qd̃ facti. ff. de pac. l. i. ergo nõ est ius q̃ddam Rñdet Arch. ꝙ cõsiderãdo actus ex qbꝰ elicit̃ consuetudo: sic ipa cõsuetudo ẽ factũ: Sed ex quo est licita: sic est ius & sic est hic in diffinitione. Moribus istitutũ. i. a tribus assiduis qd̃, ꝑ lege suscipit̃. s. ꝑ lege scripta accipit̃ qd̃ nõ est scriptũ vt lex: sed cõsuetũ: cũ deficit lex. s. scripta: pura cũ negotiũ tale emergit: cuius declaratio non reperitur in lege scripta: & tũc recurrẽdum est ad cõsuetudinẽ. Et vtroq; deficiẽte: vel succedit rõ naturalis: vel de similibꝰ ad similia procedẽdũ: vt fiat: sicut dr̃ dist. xx. de libellis.

Mos & tantummodo tracta.

Mos & ꝙsuetudo differunt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

§ .II. DE VIRTVTE ET EFFE

Cōsuetudinis effectus sunt hi.

cuꝰsuetudinis q̄ ē multiplex, ꝓpter qd' dr. C.li.viij.tit.q̄ fit loga ꝓsuetudo, l.ij, & allegat ēt decre.di.xj.ꝓsuetudinis. Cōsuetudinis vsus in legem nō vilis auctoritas est. Et ponit Arch. primā eē ꝙ ē iuris inductiua & suppletiua cū deficit lex, vt di.ij.ꝓsuetudo, & eꝫ de sepul.c. certificari. Sed o ē similiū attractiua: vt in eis idē inducat: vt eꝫ de cōsue. cū olim, & dist.xj. ꝙs nesciat. & .ff. de legi. l. de qb⁹. Tertio est iuris dubiꝫ interpretatiua eꝫ de cosue. cū dilect⁹. ff. e. ti. si de interpretatiōe. Quarto ē iuris mutatiua. insti. de jure na. §. ex nō scripto. & eꝫ de ꝓsue. c. vlt. Quinto est iuris derogatiua i hoc̄m differūt. ff. de ꝛ. b. lig. derogaꝫ. Nā abrogaꝫ ius q̄n ex toto tollit. Derogaꝫ q̄n ꝓ pte tollit. Vñ ꝓsuetudo aliq̄n abrogat q̄n. .ſ. ēv niuersalis aliq̄n derogat q̄n ꝓ pte tollit. ſ. q̄n ēst particularis. Sexto cōsuetudo est legis firmatiua. vt dist. iij. §. leges. & eꝫ de pscrip, veniēs. Septimo cōsuetudo est gr̄ę dilatiua. eꝫ de consue. nō est dicēda. lib. vj.

Rōnē hoꝝ. l. quare cōsuetudo possit legē mutare vel facere & hmōi: assignar. b. Tho. i. ij. q. xcvj. arti. iij. Dr̄ em̄ ꝙ omnis lex ꝓficiscitur a rōne & legislatoris voluntate: & lex quidem diuina & naturalis a rationabili dei voluntate. Lex autem humana a voluntate hominis: & ratione regulata. Sicut voluntas hominis & ratio manifestatur verbo in rebus agendis ita & facto: hoc enim vnusq̄sq̄ eligere videtur vt bonum quod opere implet. Manifestum est autēꝙ lex humana potest institui & mutari verbo & exponi inquantum iudicat interiorem motum & conceptū rationis humanæ vnde & per actus maxime multiplicatos qui consuetudinem efficiunt lex potest & mutari & exponi & aliquid inde causari quod habeat vim legis iquātum per actus hominum multiplicatos interior voluntatis motus & rationis conceptus: efficacissime declaratur. Cum enim aliquid multoties fit sic videtur: ex deliberato ratiōis iudicio prouenire. Et ꝑm hoc ꝓsuetudo habet vī legis & abollet aliquando legem & interpretatur legem Et quia lex diuina & naturalis procedit a voluntate diuina: vt dictum est supra quam non se extendit ptās humana ideo sicut lex humana non potest tollere: legem diuinam vel naturalem ita etiam nulla consuetudo potest tollere legem dei vel naturalem, Vnde Isid⁹. in syno. Praui⁹ vsum & lex. ſ. diuina & rō. ſ. naturalis vincat. di. xj. vsus, Sed ꝙ consuetudo non possit tollere legem humanā arguitur sic. Ex multis malis non potest fieri vnum bonum: sed ille qui primo incipit contra legem facere male facit ergo multiplicatis similibus: actibus non efficietur aliquod bonum. Lex autem est quoddam bonum quia est regulatiua humanorum actuum ergo per consuetudinē aboleri nō pōt lex vt cōsuetudo habeat vim legis. Ad qd' respōdet Tho. vbi. ā. ꝙ leges humanę in aliquib⁹ casibus deficiūt: vñ possibile est aliq̄n cōtra legē agere i casu in quo deficit lex & tñ act⁹ nō erit mal⁹. Et cū tales casus multiplicant ꝓpter aliquā mutationē hoim: tūc manifestatur ꝙ cōsuetudinē ꝙ lex vlteri⁹ vtilis nō est: sicut etiam manifestaret si lex ꝑria ꝛbo ꝓmulgaret. Si aūt adhuc remaneat eadē rō quare lex prima vtilis erat tūc nō cōsuetudo legē sed lex consuetudinē vincit nisi forte ꝓpter ꝝ solum lex inutilis videat qa nō est possibilis ꝑm cōsuetudinē patrię q̄ est vna de cōditionib⁹ legis. Difficile ē em̄ cōsuetudinem multitudinis remouere. Sed o arguit sic ꝙ. ſ. consuetudo non possit facere legem seu habere vim legis Facere seu condere legē ptinet ad personas publicas q̄ habēt regere ciuitatē seu cōitatē vnde priuatę psonę legē facere nō possunt sed consuetudo inualescit pactus priuatarū psonarū ꝙ cōsuetudo nō habet vī legis nec pōt tollere legē. Ad qd' rndet Tho. vbi. ā. Multitudo in q̄ cōsuetudo aliqua introducit pōt esse duplicis cōditionis. Si em̄ sit libera multitudo q̄ possit sibi legē imponere plus est ꝓsensus totⁱ multitudinis ad aliqd obseruādū qd' cōsuetudo manifestat q̄ auctoritas pricipis q nō habet ptātē cōdēdi legē nisi iquātū gerit psonā multitudinis. Vñ licet singulę psonæ nō possint condere legē rōnabilē tot⁹ ppls legē condere pōt. Si ꝛo multitudo nō sit libera nec habeat ptātem condendi legē tūc etiā nō habet ptātē remouēdi legē a superi⁹ positā. Et tūc ipsa cōsuetudo in tali multitudine ꝓualens nō obtinet vim legis nisi inquantū p eos tolerat: ad quos ptinet legē imponere multitudini. Ex hoc ipo enim ꝙ tolerāt qd' sit ꝛ legē suā: videnť approbare qd' cōsuetudo induxit. Hęc Tho. q̄ refert Arch. in rosario. di. xj. Dicit autē lo. in glo. sup. §. leges. di. iij. ꝙ cōsuetudo non potest abrogare. i. tollere legē: nisi p expressum ꝓsensum papę vt eē de prēben. cū ia dudū. Licet quidā dixerint ꝙ sufficit sola scientia papę. Et sequitur in illa glo. quæ est Bar. Brix. Ego credo ꝙ cōsuetudo rōnabilis & ꝑscripta tollat legē. vt eē de cōsue. c. vlti. etiā sine sciētia pricipis difficile em esset eū scire oēs consuetudines q̄ seruant. Addit Archi. in rosario. Alij dicūt ꝛ. ſ. ꝙ nō sufficit sciēria pricipis ad ꝙ cōsuetudo tollat legē. di. xij. consuetudo. In papa certū est ꝙ requirit⁹ ei⁹ assensus expressus & est necessari⁹ cū: nō ex trāslatione populi sed dnica iussione & cōciliorū auctoritate suā habeat iurisdictionē. di. xj. ꝓns. Sed pro opi. glo. ſ. ꝙ sufficit sola sciētia & tolerātia: facit. ff. de leg. l. de quib⁹. Cū idē operet tacit⁹ cōsensus quod expressus immo plus q̄nq̄ vt notari cōsueuit. di. iiij. ſi seruus. Si autem subditi nollent acceptare rationabilem constitutionem allegantes consuetudinem in contrarium constituens potest eos compellere vt factum fuit. xxij. q. v. Als ptās eius esset de iusoria. Iussatem Romanæ ecclesiæ seruare tenemur & qui non seruat peccat. di. lxiij. quia. Et cum dr̄ lex tolli per dissuetudinem intelligendum est per contrarium actum seu vsumad id quod mandat lex.

Cōsuetudo ſi legē tollat.

§. III. QVOMODO CONSVE

In qb⁹ cōsuetudo pariſicaſ legi

tudo parificaꝫ legi i multis: q̄ ponit Archi. dist. xj. in ſus. super eo quod dixit Aug. q̄mos populi: dei & institutа maiorum pro lege habenda sunt. Et primo quidem paricatur in nouo iure constituendo. Sicut em̄ lex de nouo istitui potest quę prius non erat facta ita & cōsuetudo vbi non est statutum ius legem obligantem introducit. ff. de leg. l. diuturni. Secundo in interpretatione sicut em̄ vna lex aliam interpretatur. ff. de legi. l. ſi de interpretatione ita & consuetudo interpretatur legem. extra de consue. cum dilectus. Tertio sicut in iure scripto proceditur de similibus ad similia ita & in iure consuetudinario. C. que sit lō. consue. l. iij. Quarto sicut lex facit aliquem iudicem ordinariū ita & cōsuetudo extra de so. cōpe. cū cōtingat. & de offi. archi. dilecto. Quinto sicut lex informat iudicē & iurisdictionē ita & cōsuetudo. ff. de offi. pcō. & leg. l. sol ēt. §. j. Sexto sicut lex dat certis personis potestatē eligendi: ita & consuetudo. extra de postu, bonæ memoriæ. Et de ele. venerabilem. & .c. cumana. Item sicut in electionibus ius ciuile & canonicum attenditur ita & consuetudo. extra de excess. præla. c. ij. immo plus facit consuetudo: quia scilicet tollit ius eligendi ei cui competit de iure. Extra de his quę fi. a præla. sine cōsen. ca. ea noscitur. Septimo sicut forma iuris attenditur in pœnis emolliendis & exasperandis: ita forma consuetudinis. extra de simo. per tuas. ꝓ. Octaua sicut de iure cōceditur edificare in loco publico: ita & de cōsuetudine. ff. quod vi aut clam. l. iij. §. plane. Item nono sicut datur immunitas alicuius officij vl collationis a lege ita & cōsuetudine. ff. de iure immu. l. semper. §. legem. De cimo sicut lex derogat consuetudini: ita & consuetudo aliquando legi. ff. de sepul. vio. lege. iij. §. diuus ꝓ. extra de cen. ſi. c̄c̄. lib. vj. & distin. iij. §. leges. Quod intelligo scilicet ꝙ lex tollat consuetudinem: quando princeps per suum statutum vel rescriptum intendit tollere consuetudinem & sic debet intelligi prædictus. §. diuus. als cōtra. extra de consti. licet. lib. vj. & hanc sententiam visus est tenere Innocen. & hoc teneas quicquid als inuenias notatum. Vndecimo sicut lex dat formam testandi: ita & consuetudo C. de testa. l. si non speciali. Duodecimo sicut ātiqui canones determinabant iurisditionem archiepiscopi in suffraganeos & subditos eorum: ita & consuetudo. extra de offi. iudic. ordi. duo. Tredecimo sicut snia principis intendentis facere legē facit ius. extra de sen. & re iudi. in causis: ita & snia lata sup ꝓsuetudinē: dūmodo plures sint facit ius & remittit circa hoc ad no. p eū in. c. frustra. di. viij. Ibi autem dicit sic clari⁹. Cōsuetudo inualida cōualescit: si obtinet in iudicio ꝛdictorio. Si em̄ fuit deductū in q̄stionē an esset cōsuetudo sup aliquo: & iudex ꝓnuntiauit ꝓsuetudinem esse: & nō fuit appellatū ab illa snia: & iudex ꝓnuntiauit per errorē vl corruptionē: confirmata est talis cōsuetudo & i ꝛdictorio iudicio de cętero seruabit nec recipietur libellus ꝛ: & est vn⁹ casus specialis in quo res inter alios

questio subtilis explanatur.

ter alios acta prēiudicat alīs. Et sic nullus alius de ciuitate illa habebit ꝓbare consuetudinē illā esse: sed sufficit ꝓbare ꝙ est obtēta in ꝛdictiōe. Decimoquarto sicut lex est attēdēda & insipiēda in testib⁹ eligendis: ita & cōsuetudo ff. de testi. l. iij. Quintodecimo sicut lex adiuuat cōsuetudinem: ita & consuetudo legē. extra de censi. c. sopite.

§. IIII. DE TRIPLICI GENERE

De triplici cō suetudine.

consuetudinis sumendo large hoc vocabulum consuetudo: dicit Augu. ij. confeſ. Quę cōtra mores hominum sunt flagitia: pro morum diuersitate sunt vitanda: vt pactum inter se gentis: aut ciuitatis consuetudine vel lege firmatum: nulla ciuis aut peregrini libidine violeť. Turpis est enim omnis pars vniuerso suo non congruens. Cum aūt deus aliquid contra morem vel pactum quorumlibet iuber fieri: & si ibi nunq̄ factum est: tamen faciēdum est. dist. viij. vnde etiam per pē. lxvij. dicitur de deo. Qui habitare facit vnius moris in domo. Domus dei est supernagloria secundum illud. ij. Cor. v. Habemus in cœlis domum nō manufactam. Et in hac domo qui inhabitant scilicet sancti sunt vnius moris. Et hic mos non est aliud nisi gratiarum actio & vox laudis: vt dicitur Esaię. lj. & Tobię. xiij. Hierusalem per omnes vicos eius cātabit alleluia. Sed ad illam domum non itur nisi de domo dei: quæ est ecclesia militans in qua deus inhabitare facit electos suos per gratiam: ita vt sint vnius moris quantum ad cultum interiorem: quo vna fide spe & charitate honōratur deus, Quantum etiam ad conuersationem exteriorem sunt vnius moris: quātum ad necessaria ad salutem: & sub eisdem etiam ritibus & cærimoniis ecclesię. Et si aliqui fideles nomine sunt diuersorum & malorum morum hi non habitant in ecclesia merito: nec proprie malus dicitur mos vl consuetudo. Est igitur triplex consuetudo.

¶ Est consuetudo de se mala: & ideo effugānda.
¶ Est consuetudo de se bona: & ideo imitanda.
¶ Est consuetudo dubia: & ideo bene examinanda.

De consuetudine mala.

¶ Consuetudo de se mala est omnis quæ est contra legem diuinam vel naturalem: & actus ex illa procedens semper est peccatum: nec minuit peccatum vt aliquibus videtur: nec excusat sed auget: vt dicitur. xxiij. q. j. schisma. & extra de consue. c. vlt. dicitur. Tanto sunt grauiora peccata quanto diutius aiam insœlicē detinēt alligatā. Et rō huius est: qa cū magis effrēnata voluntate & firmiori habitu malitię tales peccāt. Et qa ꝑm phm Cōsuetudo est q̄si altera natura: ideo cū difficultate magna qs recedit a pctis consuetis Et in huⁱ⁹ figurā Lazar⁹ quatriduan⁹ ꝓsepultus designans peccātē ex cōsuetudine ꝑm Aug. de pœ. dis. ij. sicut. Multis ꝑmissis fuit resuscitatus. ſ. Iachymis & ꝑcib⁹ & hmōi. Nō obstat ꝙ Grego. loquēs de crapula quā cōsueuerūt facere laici i carnisꝑriuio: q̄ vtiq̄ pctm̄ est. dicit. Nec a tali cōsuetudie auerti possunt. Et ideo cū venia suo ingenio relinquēdi sunt: ne forte peiores existāt: si a tali cōsuetudine ꝙ habeank. di. iij. denicq̄. Dicit em̄ ibi glo. ꝙ reliquunk cūvenia. ſ. pœnæ tpalis: ita ꝙ nō vult dicere Greg. ꝙ consuetudo excuset illos a pctō: sed ꝙ nō debet tolli talis ꝓsuetudo ꝑ pœnas tpales: qn timeť mai⁹ inde scādalū puenire. Verū ē tn̄ ꝙ aliq̄n qs peccat ex ignorantia vel fragilitate: faciens id ꝙ cōsueuerūt alij facere circa aliqd: & tūc nō excusaꝫ a mortali: si istd' qd' agit ꝑm cōsuetudinē alioꝝ ē ꝛ legē dei vel naturalē. Sed minuit grauitas eius: puta si qs facit aliquē ꝛ actūu̇ surariū credēs esse licitū: qa illd' cōiter fit ꝛ morē suę patrię: certū est ꝙ cōsuetudo illi⁹ loci nō excusat eū a mortali: quia ꝛ legē dei: quā sicut lex humana tollere nō pōt: ita nec cōsuetudo quæ potius dicenda est corruptela seu abusio. Talib⁹ abusiōib⁹ & corruptelis plen⁹ est mūdus. Cōtra quos dicit dns Exo. xxiij. Non sequaris turbā ad faciēdū malū. Et apls. j. Cor. xj. Si quis videtur inter vos cōtētiosus esse. ſ. ꝛ veritatē: nos talē cōsuetudinē nō habem⁹ sed nec ecclia dei. ſ. cōtēdēdi. Et Eccl. xxiij. Iuration⁹ nō assuescat os tuum. Et de hac mala cōsuetudine dicit Cyprian⁹. Cōsuetudo quę apud quosdā obrepserat i pedire nō debet q̄ min⁹ ꝑualeat & vicat⁹ itas. Nā cōsuetudo sine veritate vetustas erroris est: ꝓpter qd' relicto errore seq̄mur ꝛitatē: sciētes qa apud Esdram C. ſ. ij. Esdræ. iiij.) Veritas vincit vt scriptū est. Veritas valet & inualescit & viuit ꝛternū & obtinet in scla sęculorū. dis. viij. §. pe. Et in. c. se. dr̄. Nec ꝙ hōis cōsuetudinē. ſ. malā seq oporteť: sed dei veritatem: cum per Esa⁹. prophetam loquatur deus & dicat. Sine causa id est vtilitate colunt me doctrinas & mā data hominum docentes id est consuetudines malas & stulta iniusta. Ad idem etiam Augu. in lib. de bap. paruulorum ait. Qui contempta veritate præsumit consuetudinē sequi: aut circa fratres inuidus est & malignus: quibus veritas reuelatur: aut circa deū ingratus cuius inspiratiōe ecclesia eius instruitur. Nā dominus in euangelio. Ego sum inquit veritas. Non dixit ego sum consuetudo. Itaq̄ veritate manifestata cedat consuetudo veritati. Reuelatione igitur facta veritatis: veritati cedat cōsuetudo: quia & Petrus qui circuncidebat cessit Paulo veritatem prædicanti. Igitur cum christus sit veritas: magis veritatem q̄ consuetudinem sequi debemus: quia consuetudinem ratio & veritas semper excludit. di. viij. quæ contempta. Ratio pōt referri ad legem naturalem & veritas ad legem diuinam scilicet veteris & noui testamēti. Et non solū cōsuetudo q̄ est contra legem naturalem & diuinam est vitanda: sed ēt quę est contra legem humanam reprobatur a iure. Et gnāliter de talibus abusionibus dicit Nico. papa. Mala consuetudo non minus q̄ pernitiosa corruptela vitanda est: quæ nisi citius radicit⁹ euellatur: in priuilegiorum ius ab impis assumitur. Et incipiunt præuaricationes & variæ ꝑsumptiones celerrime nō cōpresse. ꝓ legib⁹ venerari: & priuilegioꝝ more ꝓpetuo celebrari. dis. viij. mala. Sed m gen⁹ cōsuetudinis est q̄ nō est ꝛ aliquā legē diuinā vel humanā: et habet i se aliquā rōnē boni. Et ꝛ si gnālis ē: gnāliē & ab oīb⁹ fuari debet. Si ꝑticularis. ſ. in aliq̄ loco: i illo fuari debet. Vñ & mr̄ dñi voluit fuare laudabilē cōsuetudinē Iudęoꝝ q̄ erat ꝙ in festis eoꝝ irent ad rēplū i Hierm etiam mulieres. Lex quidē hoc mandabat masculis dicēs Exod'. xxiij. & .xxxiij. Ter in anno appebit oē masculinū in cōspectu meo. Sed tū etiā mulieres ibant nō ex lege sed de more. Vñ dr̄ Luc. ij. Cū factus esset Iesus annoꝝ duodecim ascēdēribus parētibus ei⁹ i Hierm ꝑm cōsuetudinem diei festi &c. Et pctm̄ esset agere ꝛ hmōi ꝓsuetudines sicut ꝛ leges scriptas. Vñ dicit Aug. in lib. de baptis. Hoc plane verū est: qa rō & veritas semp ꝓsuetudini prępondēda sūt: sed si cōsuetudini rō suffragaꝫ nihil oporteť firmi⁹ retinere. di. viij. frustra. Hęc ēt documēta dicit Augu. se accepisse a btō Amb. Nā cū aduenissēt ipse Aug. cū matre sua Mediolanū: & mater sua ieiunaret in sabbato sicut solita erat alibi. ſ. Romæ ieiunare in tali die. Mediolani autem non ieiunareť in die sabbati. Interrogauit Augu. Ambrosium ex parte matris qd agere deberet. ſ. an ieiunare in sabbato sicut solita erat alibi: an dimittere ieiuniū illud Mediolani vt se alīs cōformaret. Cui rndit Amb. cū fuero Romæ ieiuno sabbato: cum Mediolani sum: non ieiuno. Ita & ru ad quamcūq̄: forte ecclesiā veneris ei⁹ morē serua. si cuiq̄ nō vis scādalū esse: nec quēq̄ tibi. dis. xij. illa. Et in eo. c. dr̄ Qd' nec ꝛ fidē catholicā: nec ꝛ bonos mores esse cōuincitur: indifferenter est habendū: & ꝓ eoꝝ inter quos viuiť societate seruādū. Et di. xj. ecclesiasticarū dr̄. Ecclesiasticarum institutionū quasdā in scriptis: quasdā apl'ica traditiōe ꝑ successores in ministerio cōfirmatas accepim⁹: quasdā ꝛo cōsuetudine roboratas approbauit vsus quib⁹ par rit⁹ & idē vtriusq̄ pietatis debeť affectus. Et. j. Quæ em̄ scripturа salutiferæ crucis signaculo fideles docuit insigniri: vel q̄ trisaria digesta sup panē & calicē prolixę oꝛonis vſ ꝑse cratiōnis ꝛba cōmēdauit: q̄ ꝛ ipse orietē nos orare literariū forma docuit: bñdixim⁹ fontē baptismatis oleo vnctiōis &c. Et sicut agere ꝛ cōsuetudinē gnālē ecclię ē pctm̄ vbiq̄ Vñ & dicit Guil. ꝙ dicēdo missam añ maturinas est pctm̄ mortale qa ꝛ ē ꝛ ꝓsuetudinē gnālem ecclię: nā als ꝑ legem scriptā nō inueniť. Ita etiā facere ꝛ cōsuetudinē particularē alicui⁹ ecclię: est pctm̄ moꝛtib⁹ in illo loco. Vñ q cōsueret in azimis i eccl'ia greca peccaret mortal'r: faciendo ꝛ cōsuetudinē ecclię oriētalis: & sil'r q in eccl'ia latina cōficeret i fermētato grauiter peccaret. q̄uis vterq̄ cōficeret ꝑm Thom. in. iij. Ideo autē peccaret: qa faceret ꝛ cōsuetudinē eccl'iæ suæ. Sic in Italia in sabbato abstinеť ab esu carniū & q tali die sine cā rōnabili: puta infirmitatis: comederet carnes peccaret mortal'r: qa faceret ꝓtra cōsuetudinē talis patriæ. Extra Italiā in multis partib⁹ vt i Cathalonia nō est talis cōsuetudo abstinēdi illa die a carnib⁹ vñ comedētes ibi carnes nō peccāt. Vigilia Barptolęmei apl'i in aliqbus partib⁹ seruaꝫ i vna die: in alīs locis die sequēti, Vñ

Universidad de Deusto
Biblioteca

fm ꝯsuetudinē locoꝝ debet illa vigilia q̄ ad ieiuniū fuari

De ieiu. et de obser. ieiu. ꝯsilia. In ieiunijs eccl'ię q̄ sunt extra quatuor cō dragesimā q̄ ad cṡum lacticiniorū fm Tho. n. n. seruari pōt suetudi cōsuetudo locoꝝ. Et vbi est de consuetudine abstinere ab carnibus eis esset pc̄m mortale vti eis sciendo hoc: secus vbi est de nota cō more comedere talia. Ieiunia etiam quæ sunt de generali mō ob cōsuetudine eccl'ię obligāt sicut & ea q̄ sunt in p̄cepto seu ligant, statuto eccl'ię: vt vigilia natiuitatis Ioannis bap. omnium sanctorum: & beati Laurentij: fm Inno. Sicut etiam vbi sūr aliqua ciuitate de consuetudine antiquata est celebrare aliquod festum quod tamen non sit ab ecclesia statutum debet seruari vt festum Antonij: vel Nicolai vel alterius sancti. Et ad hoc optime facit qd' dicit Hiero. ad lucianum. Illud breuiter te admonendum puto: vt traditiones ecclesiasticas præsertim quæ fidei non officiunt ita obseruandas vt a maioribus traditæ sunt: nec aliquorum consuetudinem aliorum cōtrario more subuerti. di. xij. illud. Vbi dicit glo. traditiones. i. consuetudines: præsertim id est tantum, sic ponitur. xj. q. iij. siquis epūs. Vel p̄sertim id est ita demum q̄ non aduersentur cōsuetudines fidei vel bonis moribus vt dist. ea. illa. Nec aliorum contrario. dicit ibi Arch. contrario id est diuerso. Bonum ergo bono contrarium non est. Si ergo duæ consuetudines

Qūvna ꝯsuetudo alteri p̄ria.

sunt contrariæ: ergo vna mala est: sed si sunt diuersæ non & consuetudo vnius loci alteri nō præiudicat. Et dicebat Goffre. q̄ eadem iurisditio debet haberi in vna ecclesia q̄ in alijs habetur de iure cōi. extra de cōsue. cā olim. nisi prescripserit aliqua eccl'ia. dicit glo. extra de p̄scrip. auditis secus autem si agatur non de iurisdictione: sed de parilitate vel consimili actu vt quia dicūt aliqui quidā faciūt sic ergo & nos debemus hoc agere sed non sequitur. Et ad hoc facit. c. illud. e. & ad idem facit quod ait Nico. papa. Scit sā cta Romana eccl'esia q̄ nihil obsunt saluti credentium diuersæ pro loco & tempore constitutiones vel consuetudines si illis canonica non obsistit auctoritas pro qua eis obuiare debeamus. Vnde nihil iudicamus eis debere vel posse resistiri. di. xij. scit. Item. C. lib. viij. ti. quæ sit lon. consue. l. j. dī. Consuetudo præcedens & ratio quæ consuetudinem suasit tenenda est. Et quicqd: contra longam consuetudinē fiet ad solicitudinē suā reuocabit p̄sēs. puncię. di. xij. consuetudo. Et loquit de cōsuetudine q̄ nō est contraria iuri scripto fm glo. Nā cū cōtraria est dicet. j. quid iuris. Cōsuetudo q̄ erat in regione Mesoporamię quā alli gauit Laban Iacob cum conūctus est de eo q̄ ꝓpposuisset sibi Lyā loco Rachelis dicēs. Non est consuetudinis in loco isto vt minores prius tradam⁹ ad nuptias: vt habet Gene. xxix. in se laudabilis fuit: sed tamē Labā male fecit eā seruādo ex eo videlicet qa fregit fidē sibi datā seu p̄missionē factam de Rachele q̄d' est ꝓtus naturale quod p̄iudicat omni cōsuetudini. Sicut etiā modo siquis iurauit seruare determinata statuta puta ducere secū tantā familiam cum mittit ad gubernādū ciuitatē vel castrū. Et de more cōmuni omniū est nō ducere secū tātam: & quasi oēs illd' agunt nec vnq̄ defect⁹ iste deducit ad iudiciū: vtiq̄ talis peccaret mortaliter: qa iuraret ducere tātā familiā: ita q̄ si cōsuetudo al's forte excusaret a pcto trāsgressionis statuti: non tū excusabit a periurio. Sciēdū etiā q̄ cum dī eccl'iæ Romanę cōsuetudinē seruādā. di. xj. c. vlt. circa finē. ite] ligit illud nō de oīi consuetudine Romanę eccl'iæ quo ad vrbē sed de cōsuetudine quā eccl'ia Romana mādat gnaliter seruandā: vt dicit glo. summaria. in prin. dist. eiusdē. Cū aurē de nouo fundaret⁹ aliqua: eccl'ia. s. p conuersionē alicui⁹ gētis vel aliqua religio: seruari posset illud Greg. q̄d' ait Aug. ep̄o Anglorū. Nō p locis res. i. mores: sed prebus. i. moribus loca amāda sunt. Ex singulis q̄busq̄ ecclesijs q̄ pia quę religiosa q̄ recta sunt elige & hęc quasi in fasciculū collecta apud Anglorū mētes in cōsuetudinē depone. di. xij. nouit. Tertiū gen⁹ cōsuetudinis est q̄n dubia

De tertio gñe cōsuetudinis.

REGVLIA MATERIA DE REgulis iuris est satis vniuersalis vtilis & breuis: ideo hic ponetur cum glos. sed abbreuiatis tamen. Et primo videndum est de etymologia nominis ipsius. Ad quod dicit Isi. qꝺ regula dr̄ eo qꝺ recte ducit nec aliquē aliorsum trahit. Alij dixerunt regulā dictam eo qꝺ regat: vel qꝺ normam recte & bene viuendi prebeat vel quod distortum prauūqꝫ est corrigat. i decre. dis. ij. regula. Glos. ibi. Si regula nuncꝫ aliorsum trahit: ergo omnis regula est ius. Sed contra dicit lex qꝺ regula est quę rem breuiter enarrat non vt ex ea ius fiat. vt. ff. de reg. iur. l. j. Ad hoc dicas qꝺ si regula dr̄ illud in quo aliquid statuitur generaliter non adiunctis exceptionibus: sic ex ea non sumitur ius & sic sumit lex. Sed si appellas regulam id quod includit exceptiones suas secum: sic regula nūqꝫ fallit. & ita Isid. sumit so. Dicit autē regula qꝫ si a rega: vel regula qd' idē est qd' rectitudinis forma sicut em̄ p regulā nouit scriptor modū recte scribēdi fecator modū rectē secādi: & sic de alijs. ita ꝓ has regulas modū recte iudicandi cognoscimus. Quare autē regulę iuris ponunt in fine decre. assignat duplex ratio. Prima est coloratiua: videlicet quia quæ in vltimo loco dicunt meli⁹ memoriæ cōmendant. de cōse. dist. ij. liquido. Sed a ēra & ꝓpria. s. vt ostē iuris ꝓ dere: ius nō sumi ex regula sed regula ex iure. Si em̄ posināt i his tę fuissēt principio ꝓpilatoris forsitā crederet aliqs qꝺ ius sine decr. quēs ex regulis ꝓsumeret, i fine ꝙ ponunt vt appareat ex iure quod ꝓcessit regulas sumi. Est autē regula ꝓprie regl' ꝺa quis patiat exceptiones i se. Vtrū autē exceptiōes contineant sub regula breuiter dico qꝺ q̄ ad potestatē ꝺbor̄ q̄ i ea ꝓferunt vniuersaliter vel saltē indefinite affirmādo vel negando cōprehendit exceptiōes als nō diceret exceptio. sicut si dicerem. Ois hō currit excepto equo titij: hic nō est exceptio qa equus titij nō cōprehēdebat sub illa ꝓpositiōe ois hō currit. Sed si dico ois hō currit excepto titio illa ē ꝓpria exceptio quia, ꝓpō ois hō currit bn̄ ꝺphendit titiū. Tollit ꝙ titi⁹ ꝺtute exceptiōis q̄ ad materiā de q̄ fit sermo sed quo ad iuris determinationē exceptio nō cōprehēdit sub regula qa ōria rō & ius est tā in exceptiōe q̄ in regula. Hoc ꝙ operat exceptio vt illud qd' als sub ꝺbis regulę cōprehēdebat ad determinationē regulæ exceptionis ꝺtute tollat. Cōstituit aūt regula ꝓ ꝺba q̄ de sui natura oīa cōprehēdit. ꝓ signa vniuersalia affirmatiua q̄ oīa ꝺba cō liter negādo excludunt oīa. de reg. iur. in. vj. nemo pōt. Et ꝓ ꝺba indefinita q̄ simplr̄ ꝓlata equipollēt vniuersali⁹. xix. di. c. i. Et ideo oēs regulę traduntꝰ ꝓ signa indefinita affirmatiua vel negatiua paucis exceptis. Officiū autē regulæ est plures casus simul iūgere clauo rōnis. Vtrū autē regula ꝓstituat ius nouū vel antiquū reciter dubitat. Subtiliter dixerunt doc. qꝺ est ꝓsiderare tres species casuū. Quidā sunt iā determinati & i illis regula nō ꝓstituit ius qa inuenit ius cōstitutū. Quidā alij sunt excepti a legis determinatiōe: & i illis sil'r regula nō ꝓstituit ius qa nō claudunt sub regulæ determinatione. Quidam sunt i qbus est eadē æquitas q̄ in casibus determinatis a iure nec tn̄ reperiunt in iure positi & in illis regula facit ius, ꝓpter idēitatē rōnis non patiētis ius similiū casuū esse diuersum. Ego tamē nō recedo a ꝺbis legis & dico qꝺ ꝓ regulā nō statuit ius sed ex iure sumit regula: als nō video quō posset dici regula iuris. Sicut em̄ in regula ligni vel ferri necesse est materias ꝓuenire. s. lignū vel ferrū ex qbus regula fiat sic necesse est in regula iuris ius qd' est sibi materia ꝓuenisse ad hoc vt possit inde regula disponi. & tūc ꝓprie loqr̄. l. de reg. iur. als debuisset dici. de iu. reg. Et sic dicat qꝺ in casib⁹ non expressis a iure vbi est sil'is ratio regula facit ius hoc est sine aliqua regula ꝓ iura q̄ hoc volūt. de rescrip. cę terū. Et si dicat qꝺ aliquę regulæ vident ꝓessisse iuris expresse traditionē. Dico qꝺ ius idē est qꝺ ratio. dis. j. cōsuetudo ab exordio rōnalis creaturę ꝓcesserat dist. v. i prin. vel saltē dispositionē cōdentis regulas ius ꝓcessit. Videt em̄ formator regulę sic esse debere de iure qd' i ei⁹ saltē mēte sedebat formauit regulā. Allegat tū regula pro iure nō tū ex origine ꝙ ex forma. Et potior est causa ei⁹, ꝓ quo facit regula. Habet em̄ aduersarius necesse ostendere rationem quare i illo casu nō loquat regula & facit qd' dicā. j. vtile. Cū aūt dr̄ ꝺ regula iuris sumit, ꝓ iure canonico nō ciuili vt ꝓbat in regula q̄ de iure ciuili nō, ꝓcedit. Hæc oia loā. an. in glos. sup rub. de reg. iur. Ponent aūt istæ regulæ per alphabetū vt meli⁹ memorię cōmendent & nō fm̄ ordinē iuris. Nota qd' dicit Greg. di. xxix. regulę, qꝺ regulę sctoꝝ patrū, ꝓ tpe loco & ꝓsona & negotio istāte necessitate tradite sunt. Et Isid'. ibi. c. præcedēti. Sciēdū est qꝺ pleraqꝫ capitula ex causa ex loco ex tpe ex persona cōsiderāda sunt: quoꝝ modi qa medullitus nō indaganꝰ in erroris labyrīthū nonnulli itricando impinguntꝰ cū ante iudicant ꝙ intelligāt ante inculpāt ꝙ iterādo lecta pquirāt. Exēpla ponunt in dis. seq. de diuersis ordinationib⁹ factis ab eccl'ia.

ACCESSORIVM NATVRAM SE

Ponit ꝓ regula in. vj

q ꝓgruit pricipalis. Hęc regula sumpta est ex. l. cū pricipalis. ff. eo. ti. Pone casum i pricipali destructo qa dr̄ destructū & accessoriū. xvj. q. vij. & ꝺ dixim⁹. Itē si cā pricipalis matrimonij ꝓmittit. sic & accessoriū. s. dotis. de dona. post diuor. ne resti. de prudentia. Sed ptra de iureiur. debitores &. c. cū contingat. &. ē. eo. ti. l. licet. vbi tenet accessoriū & nō principale. Sol'. illud ꝓpter periculū aię qd' euenire si nō seruaret iuramentū. & dic vt i prædicta decre. cū cōtigat. Io. an. Multa alia ibi vide. Pōt sic extēdi. Fides vius ē principale vt fundamentū in statu spūali. Opa de genere bonorū sunt accessoriū. Remota fide nil boni meritorij potest esse in hoīe. xxviij. q. j. §. ex his. Vbi deest agnitio æternę & incōmutabilis veritatis. s. ꝙ fidē: falsa est virtus etiā in optimis moribꝰ. Sic in particulari opere pricipale est itērio recta. Accessoria opa q̄ ex illa fiūt: q̄ sequunt naturā eiꝰ vt sint bōa. dist. lxxxvj. nō satis. Et mala sunt opa si intērio mala. In his aūt quę sunt mala de se nō est bona intērio & si videat. Contritio est pricipale in pnia. Cōfessio & satisfactio, accessoria: quę sequunt naturam eius &c.

extēdit regula.

ACTVS LEGITIMI CONDITIO

Ibidem ponit.

nē no recipiūr neqꝫ diē. Hęc regula sumpta est ex. l. actꝰ legitimi. ff. eo. ti. Dicunt aūt actus legitimi emācipatio: acceptilatio: hereditatis aditio. serui adoptio: tutoris datio: electio: postulatio: sententię latio. mīmoniū & hmōi. Exēplum pone in sententia quæ non debet fieri sub conditione. vt. ꝙ. q. vj. biduum. Item electio non debet fieri sub cōditione. vt de elec. in electionibus. lib. vj. Non debēt etiā fieri in diem id est vsqꝫ ad certum tempus & nō vltra: sed simpliciter. non enim eligitur quisvsqꝫ ad certum tempꝰ: sed simpliciter nec contrahitur matrimonium ad tempus sed absolute. xxxꝙ. q. ij. solet. Sed contra distinctio. xviij. capitu. vlti. &. lx xxvj, tanta vbi fertur sententia excōmunicationis vsqꝫ ad duos menses. solu, ibi sumitur excōmunicatio pro remotione a sacramentis. Nam excōmunicatio debet esse perpetua. x. quæstione prima quia sacerdotes. Et exponimus perpetuam id est donec pœnituerit. xxvij. quæstione prima de viduis. Item contra de elec. cum in veteri. Vbi eligendi potestas in certum tempus proferturꝫ. Sol'. electio est ille actus legitimus qui nō recipit diem. Vnde non potest canonicꝰ aliquem sibi eligere in prælatum vsqꝫ ad festum resurrectionis: sed potestas eligendi non est ille actus: & ideo confertur in tempꝰ. vt ibi. Et procurator datur ad tempus. de procu. si quem lib. vj. Contra. vij. q̄stione prima pastoralis. vbi platura ecclesię videt dari ad tēpus. Sol'. in vlti. glos. vbi dr̄ qꝺ hoc fieri pōt ex dispēsatione papę: Itē cōtra qa matrimoniū licet nō recipiat diē: recipit tn̄ cōditionē, vt de ꝙdi. apo. sup eo. Sol'.

excōica tio debet esse ꝓpetua

eo. Sol'. Veritate inspecta nō est ibi matrimoniū vbi non interuenit purus consensus vt ibi patet. immo nec sponsalia. de spon. c. j. lib. vj. Itē quod dictum est de datione tutoris qꝺ non recipit diem habet locum in furore dato a iudice. Secus si a testatore. Et nota qꝺ sicut hi actus nō recipiunt cōditionē neqꝫ diem: ita nec distinctionem. vt in. c. prælega. de elec. in electionibus. Item nota qꝺ regula ista indistincte loquitur de actibus legitimis qꝺ non recipiunt conditionem neqꝫ diem. Lex autem. strictus dixit. Actus legitimi qui conditionem non recipiūt &c. q. d. Aliqui actus sunt qui recipiunt aliqui non. Et loquitur ipsa lex in actibus q nō sunt cōtractus sed quasi. Cōtractus em̄ bene recipiunt conditionem. ff. cōtra emp. l. hæc venditio. Io. an.

Contractus recipiūt cōditionē & diē.

Ibidem

BENEFICIVM ECCLESIASTI

cū nō pōt licite sine institutione canonica obtineri. Pone casum p. c. xvj. q. vij. si quis deinceps. Ibi em̄ dr̄ qꝺ accipiēs ecclesiā de manu laici est suspensus: & eā retinere non pōt: vide ibi glos. Et sic nota hic casum in quo non currit præscriptio. Idē est in matrimonio carnali. xxxiij. q. v. qd' deo. Et de cōsang. & affi. nō debet. Idē in alijs casib⁹ q notātur. xvj. q. iij. clerici. & de ꝓscrip. cū nō liceat. in glo. Sumit aūt hic beneficiū largo modo vt cōprehēdat dignitates personatus eccl'ias oēs cū cura & sine cura quæ cū titulo habentur. j. q. iij. si quis dator. Sumit aūt interdū stricte vt distinguat a præbēda. xij. q. j. alienatiōes, als includit præbēdā. vt. j. q. iij. c. vlt. Alibi stricte sumit ꝓ solis beneficijs simplicib⁹ sine cura. de ꝓben. c. vlti. Cū igit in beneficio ecclesiastico requirat canonica institutio: vidēdū est qd sit institutio. Instituere aūt est ius cononicū in eccl'ia vel eccl'iastico bñficio tribuere. Qd' dic vt no. de insti. auctoritare. Instituere aūt est quasi iuris illi⁹ possessionē cōferre. Accipit tn̄ aliqn̄ vnū, ꝓ alio. vt dicit ibi glos. in. d. c. Et de iure cōi instituere spectat ad ep̄m. xvj. q. vij. nullus. Et sit inuestitura p anulū baculū vel librū. Sed an capitulū sede vacante possit instituere determinatur hoc de insti. c. j. li. vj. Et quę differētia sit inter collationem præsentationem & institutionē, vide de præbē. cū in illis. li. vj. Non pōt: hęc dictio pōt post negatiuā posita: vt hic necessitatē importat. iij. q. j. Cū aūt affirmatiue ponit necessitatē nō importat. iij. q. iij. §. itē in criminali. ver. pōt. Licite superabūdat. id em̄ dicimur posse qd' licite possumus. xxij. q. ij. faciat. vbi de multiplici posse. Obtineri. Cōtradicit huic regulæ de iure patro. cura. Sol'. ibi nō præscribebat eccl'ia tāqꝫ beneficiū sed vt ꝓprietas. Itē necessitatis causa vel pietatis vel causa impēsi obsequij sine cauonica institutiōe possidet qs prouentus eccl'iæ: nec ex eo canonicus vel beneficiatus dr̄ ꝓprie. xij. q. ij. quicūqꝫ suffragio. xvj. q. j. possessiones. &. q. iij. clerici. & de magistris. qm̄. & de cle. pug. in duello. Henricus. Itē arg. cōtra de elec. in Gen̄. vbi possessio dat ius eligendi ex prescriptione. Sol'. per passionem acquiritur ius eligēdi & præsentādi: qa procedit ex nostris actib⁹. Institutio aūt ꝓcedit ex actib⁹ aliorꝰ: quæ ad hoc vt valeat debet esse canonica: vt hic in qua præcipue quatuor requirunt. Primū qꝺ psona sit quę possit instituere. xvj. q. vij. c. nullus. Secꝺm qꝺ institutus sit talis q possit institui. de insti. c. ij. qa laicus nō pōt institui: vel ipe idē institues. eo. ti. c. vlti. Tertiū qꝺ illius beneficij institutio ex iure ꝓprio vel deuoluto vel delegato ad instituentē ptineat eo. ti. c. iij. Quartū qꝺ seruetur forma cōstitutiōis illius. de elec. c. vlti. li. vj. &c. Io. an. Extēdit regulā ista qa triplex est genus beneficij ecclesiastici. s. beneficiū sacramētoꝝ: beneficiū suffragioꝝ: & beneficiū ecclesiasticoꝝ laicoꝝ. Primū. s. quodlibet sacramētū nō pōt de iure & ad salutē aiæ obtineri: nisi fm̄ institutionē canonicā. i. ordinationē ecclesię: vt. s. bene dispositus accedat & fm̄ ritū ecclesię. Sed m est qꝺ cōmunicatio seu participatio bonorū quæ fiunt in eccl'ia & orationū & aliorꝰ bonoꝝ: & indulgētiarū nō pōt haberi nisi fm̄ institutionē ecclesiæ. i. existēdo in charitate & faciēdo ea quę ordinauit ecclesia facienda: vt continet indulgētię forma. Tertiū est ecclesia præbenda & dignitas ecclesiastica: in quibus oportet seruari prout ordinauit eccl'ia: vt patet hic in glos.

In institutione canonica quasi nor requirūt.

Vbi. ō.

BONA FIDES NON PATITVR

vt semel exactū iterū exigat. Hæc regula sumpta fuit ex. l. bona fides. ff. eo. ti. Eccl'ia em̄ nō debet suū recipere vel repetere cū augmēto: sed si semel exactū iterū exigeret augmētū recīperet, xij. q. ij. fraternitas. Et habet locū hæc regula ēt in pœnis quę semel exacte ab eodē iterū exigi nō debēt. ad hoc. xiij. q. ij. c. vlti. & de iudi. at si clerici. Ab eodē aūt ideo dixit: qa si plures tenerent ad pœnā insolidū: soluta pœna ꝓ vnū nō liberatur alter. xij. q. ij. cū deuotissimum. An aūt res & pœna simul peti possint. dic vt no. xxv. q. ij. si eccl'ię. Hāc aūt regulā dico verā in his quoꝝ causa vnica exactio ne finitur. Vnde si. x. debeo ipsoꝝ solutiōe tollit oīs obligatio: vñ nō patit bona fides: vt illa. x. iterꝫ exigātur: & si soluant vt indebita repetunt. qd' dic vt no. j. q. iij. in fi. de so. c. vlti. Si aūt vnica exactione nō finit obligatio. puta in actiōe debiti viri ab vxore & ecōuerso non habet locū hæc regula. Idē in ꝓcurarione quā exigit epūs primo anno visitās. Nā secūdo annovisitās iterū exigit, ꝓcurationē. & idē si ex necessitate ecclesiæ iterꝫ eodē modo visitaret & anno. & sic pōt intelligi illud de cēsi. cū venerabilis. Idē dico in actiōe pœnæ vbi actū est in ꝑcu sic vt. f. tories pœna cōmittatur & exigi possit: quoties ꝙ fm̄ fuerit: nā tūc pœna semel exacta: iterꝫ exiget. Rō est: qa fm̄ alīa regulā contractus ex cōuentione legē accipiūt. Sed veritate inspecta in his casibus & similib⁹ nō est idē: sed aliud: licet eiusdē generis, & facit hæc regula ad quęstionē quā mouet Io. xij. q. ij. monemus. An si ecclesia cōsecuta est suā ꝓssessore qd' facere pōt. vt ea. q. aplicos. An idē possit petere etiā a prælato. & certe nō: qa bona fides &c. Ad pœnā tn̄ agere posset ꝑtra eū vt de re. eccle. nō alie. si quis Io. an. Bona fides. i. cōsciētia & equitas bona. Et pōt extēdi ifud qꝺ exactū non debet iterꝫ exigi in solutionib⁹. & cōtra hoc faciūt vsuræ. rij. qa cū receperint suū capitale iterꝫ exigūt illud dū vsurā petūt: qd' est quasi aliud capitale. Tho. ꝙ bona fides non patit. vide de vsuris. in. ij. par. ti. j. Hoc etiā seruādū in punitionib⁹. Sicut em̄ nō iudicat deꝰ bis in idipm̄: sic & q semel iudicat⁹ & punit⁹ ē, ꝓ illo pctō nō debet iterū puniri. Et cui deus remisit culpā ꝓ pœnitētiā nō punit ad gehēnā, ꝓ illa: qa pctā nō redeūt: nec quo ad culpā: nec quo ad pœnam. Tho. Sed si deus punit hic pctōr̄: & ille non emēdatur qꝺ non solui debitū: ideo deus punit etiā in inferno: qa debitū nō est solutum. Similiter in cōtractibus soluta pœna non debet iterum exigi. vt dictum est in glos.

Ibi. ō.

CVM SVNT PARTIVM IVRA

obscura: reo fauendū est potius qꝫ actori. Hæc regula sumpta est ex. l. fauorabiliores. ff. eo. ti. Et pone casum. iij. q. ix. indicas. Et hæc regula vera est: nisi actor foueat fauorabilem causam puta matrimonij, libertatis, testamēti, vel dotis. Tunc em̄ fallit regula: quia faueūdum est potius actori. xxxiij. q. j. si quis accepit. de ꝓba. ex literis. Et habet locum hæc regula: nō solum in sentētia ferēda sed etiā iā lata: puta a duobus ordinarijs: vno absoluēte & alio cōdēnāte: tenet em̄ sentēria, ꝓ reo: nisi fuerit lata in supradictis casib⁹. Et nota qꝺ dicit obscura. Si em̄ certū esset reū esse obnoxiū punirē: quia culpa est relaxare vindictā: vt dist. xxviij. qa sunt. Et hoc dico cū est certū iudici vt iudici: sec⁹ si vt deo. de offi. ordi. si sacerdos. vel vt homini. iij. q. vij. iudicet. Si certum est eū non esse obnoxiū absoluitur. Idem si dubiū: vt hic vides. Sanctius est em̄ nocētem absoluere q̄ innocētem cōdēnare. ff. de pœnis. l. absente. Et sic in re dubia ferē certa sententia cōtra illud. xj. q. iij. graue. de spon. & matri. de muliere. sed hic non est dubiū immo certū: quia ex quo actor nō, ꝓbauit clare reus debet absolui. vj. q. vlti. accusator. Sic not. Ber. de spon. & matri. iuuenis. Et vide de tripliciambiguitate no. xxxiij. dist. c. vlt. Reo. Sic dicto a re quę petitur vel sup qua impetitur. vt de ver. sig. forus. Actori. Contra. ff. de iudi. l. siqs intētione. Vbi ambiguā oīonem actoris in sui vtilitatē interpretamur. Sol'. Illud in principio litis in quo fauet actori: i stud in fine in quo fauet reo: quod dic vt no. de resti. spo. cū ad sedem. in glos. ij. In summa: ergo nota qꝺ in obscuris potius fauet reo qꝫ actori: nisi causę fauor aliud inducat: vt dictū est &c. Nec intelligas hanc regulam in obscuris probationibus inductis a reo: quia illas cōtra eum interpretamur, de proba. licet, Quod dic vt. j. in regula. contra eum. Io. an.

Vbi. ō.

CVM QVIS IN IVS SVCCEDIT

alterius iustam ignorantiæ causam censetur habere. Hæc regula sumpta est ex. l. qui in alterius. ff. eo. ti. Et pone casum. vj. q. iij. si sacerdotes. fm̄ tertium casum ibi not. &. ff.

Lex non tanda.

Universidad de Deusto
Biblioteca

depo.l.i.in fi.Ibi enim hæres vendens rem depositam credens illā fuisse defuncti non tenetur ad rem sed ad preciū. Quod autem in hac regula dicitur verum est si cū ipso suc cessore agat.secus si ipe agat:qa certus debuit esse de facto suo cum ad iudiciū,puocat.Intelligit autem hęc regula de quolibet successore,siue sit singularis,siue vniuersalis. de quib⁹ dicā.j.is q̄in ius.eo.tit.quæ videtur contra sed non est.quia ibi loquitur de iure,hic de facto.Vbi ergo quęreretur de præscriptione in qua sufficit bona fides prędecessor bonæ fidei:qd' præscriberet prædecessor male fidei.Vbi aūt requireret titulus si iniustū titulū habuit prædecessor q nō dedit causam præscribēdi:successor q eo. ti.vtiq nō præscribit.ff.de diuer.tēp.& præscrip.l.cū hęres. Et aduerte qa regula ista venit exēplificatiue ad illā ignorantiam:vbi ignorantia facti probabilis excusat.lo.an.

Vbi.ā. CVM QVID PROHIBETVR

phibētur oia quæ sequūtur ex illo.Pone casum in phibito a carnibus:qui phibitus intelligitur ab omnibus quæ trahūt semētinā originē.vt dist.iiij.denicę.Et phibita cōcupiscētia p legē intelliguntur phibita omnia mala quæ sequūtur ex illa.de consti,nā cōcupiscētiā.Itē phibita alienatione phibita intelligitur vēditio,donatio,manumissio &c.de re.eccle.nō alie.nulli.Itē phibito officio & beneficiū.dist.lxxxj.eos. Itē furto phibito intelligitur phibita omnis illicita vsurpatio rei alienæ.xvij.q.v.pœnale. Itē phibita mœchia ois illicitus cōcubitus phibef.xxxij. q.iiij.meretrices.Et cui phibetur ecclesiæ cōmunio & eius stipēdia prohibita intelliguntur,de appel.pastoralis.Cōcordat ad hanc regulam supra illa.accessorium.

Ibidem CVI LICET QVOD PLVS EST

licet vtiq; qd' est minus.Hęc regula sumpta est ex.l.nō debet.ff.eo.tit.Et fallit hæc regula i casib⁹.ibi no.Pone casū præsbyter conficit in missa corpus Christi,qd' plus est:bene ergo potest benedicere populū qd' minus est.xcv.dist. ecce.Item cui cōcessum est testari:vt filiofami.de peculio castrensi,ergo & donare causa mortis.Cōcor.xij.q.j.præcipimus.Cui committuntur animæ & pecuniæ dispensandæ:vt de dona.post duor.per nostras.Cui cōmittit vxor corpus bene potest committere dotem.Et nota q̄ illud est vnum brocardicum:cui licet plus & minus. Aliud quod licet maiori & minori.dist.xcv.illud superfluū.Aliud negādo cui non licet minus nec maius.de sen.excom.cū illorū.Et quod non licet in minori:nec in maiori.de elec.cum in cūctis.vbi de hoc.Cōtra.de cōsec.dist.ij.cōperimus,Sed illud est speciale ,pter cōmunionē.Item contra.xxxiij.q. ij.latorē.vbi cōceditur cōicare:&non oblationem offerre, &.xvij.q. iiij.miror. Itē de torneamētis,c.j.de rap.c.ij.vbi cōcedit pœnitētia & nō sepultura.Sol.Regulare ē qd' hic dicit:nisi a minori ,phibeat ex causa:vel vt cōsulatur viuis:vt ibi vel ob aliam causam.Item ad negatiuam contra dist.xxxvj.qui ecclesiasticis,&.j.q.j.si qui episcopi.Vbi q iniuste contulit ordinē priuatur collatione ordinis illius: sed non minoris vel maioris ſm Bar.licet Hug.contradicit.Sed dicvr,ā.proxime dixi.Plus ergo qualitate includit minus:sed nō semper.Sicut plus quantitate semper includit minus.vt.j.plus semper.lo.an.

Vbi.ā. CONTRA EVM QVI LEGEM

dicere potuit:apertius est interpretatio facienda.Hęc regula sumpta est ex.l.in contrahenda venditione.ff.eo.ti. Vt plene liqueat ista materia:licet de ipsa tractetur de spō.ex literis,&.ff.de pac.l.veteribꝰ.Tu tñ nota q̄ obscuritas vel ambiguitas aut apponitur in vltimis volūtatibus:aut in cōuētionib⁹ factis in iudicio,aut in contractib⁹ & pactis, aut in sentēmis.Si in vltimis volūtatib⁹ subdistingue:qa aut cōstat de voluntate expresse aut tacite.Si expresse:illa seruatur:qa nihil est quod tñ debeaf hoib⁹ q̄ q̄ vltimo volūtatis liber sit stylus.xiij.q.ij.vltima volūtas.& de testa. officij.Si cōstat tacite:vt p cōiecturā illa seruatur.xxvj.q. vj.qui recedūt.& de testa.requisiti.Et hoc nisi dicta volūtas turpis esset.vt.ff.de cōdi.instī.l.quidā,vel al's ꝑta ius. Pone exēplum de testa.tua.Si nō cōstat expresse nec tacite:statur verbis testamēti.Ad hoc.xxij.q.ij.is autē.de celemis.in quadā.Si aūt verba sunt nimis larga sequimur benignius & minimū:vt in regula.in obscuris.j.eo.tit.Et sic

Ambiguitas quintuplex.

esset hæredis electio.Si vero non apparet quæ pars sit benignior vel minor,neutra tenet.ff.de testa.tu.l.duo sunt. Si quęratur ad quē spectat indagatio.dic q̄ ad iudicē.C.de fideicō.l.voluntatis defuncti.Si in iudicijs sit ambiguitas sit interpretatio a ꝓferente.Nō qa debitor semper negaret se de hoc sēsisse.C.de āna.exce.l.vlti.& hoc i litis exordio. De hoc de testi.spo,cum ad sedē.Si vero in ꝓbationib⁹ sit ambiguum interpretabitur cōtra ꝓducētē de cōdi.appo.ꝓtuas.& de ꝓba.in præsentia.Debēt em̄ ꝓbationes esse clarę.de præscrip.auditis. Saluo eo q̄ possunt testes obscure deponētes interdū iterū interrogari:vt de testi.cū clamor. In cōsessionibus si cōfiteaf incertū:certificare cogit.ff.de cōfes.l.certū. Alioquin acciperet qd' magis expediret aduersario vt ibi.& de confes.c.ij.In cōtractibus aut est certū de ꝓsensu,aut de dissensu:aut dubiū.In primo statur ei qd' senserunt.de spō.c.j.In secūdo nil valet.xxvij.q.j.sufficiat xxx.q.ij.c.vnico.de rap.cū causa.xxix.q.j.§.j.Et ibi error nō solū corporis:sed & materiæ venditionē impedit. Nihil em̄ tā cōtrariū cōsensui sicut error.ff.de iudi.l.ij.Et error est aliud ,p alio putare,xxxvij.diftin.q̄uis.Nō tñ ois error impedit matrimoniū.Sed error tñ ꝓsonæ,quod dic vt.xxix.q.j.§.j.& in summa.In tertio casu.s.dū est dubium subdistingue.Aut pōt valere ſm intellectū vnius tñ:aut vtriusq;.Si ſm intellectū vni⁹ tantū valeat ſm quē valere pōt.ff.de verb.oblig.quoties.Et hoc habet locū etiā in cōtractu matrimoniali in foro iudiciali;In foro aut animæ staretur ei qui dissensisset in tali dubio:vt de spō.& ma.c. tua nos.Si ſm vtriusq; intellectū pōt valere valeat ſm q̄ verisimilius.ff.de verb.ob.eū q ita.Et.j.in regula inspicimus.cum suis cōcor.Si dubitat quod sit verisimilius:seruatur qd' in hac regula dicit.ff.de ver.ob.l.quicqd.& hoc verum cū neuter dolū cōmittit.Si aūt alter dolū cōmittat cōtra eū fiet interpretatio.xxij.q.v.§.ex his.&.c.quacūq;. Si aūt vterq; cōmittit dolū ad cōem significationem recurretur:vt in.d.decre.ex literis . Vbi de hoc.&.xxij.q.v.§. si ergo.Et idem reputatur in iuramentis:vt ibi notatur.In sentēcijs suis interpretari poterit pręses ,puinciæ vel ꝓcurator Cęsaris.ff.de appel.ab executore.in prin.Functus est eū officio suo siue male siue bene iudicādo.Qd' intellige de'diffinitiua sentēcia:secus de interlocutoria.quod dic vt notat de appel.cū cessante.De fructibus tū & expēsis supplere potest ea dē die.ff.de re iudi.l.Paulus.Et de hoc nor. xxxv.q.ix.§.quia ergo.al's incipit.his ita.in glos.Et ibi de multiplici interpretatione.De legibus non est dictum:qa in eis nil obscurū est vel ambiguū.dist.iij.erit.&.C.de no. compo.in prima cōstitutiōe.ibi.Erit lex certa & breui sermone conscripta. Si tñ ambiguitas esse videret in eis recurritur ad cōdentem:qa ille solus interpretari pōt qui & condere.xj.q.j.§.ex his.Et idē in priuilegijs que sunt leges priuatæ & p eadem iura.lo.an.Et not.q̄ dicit Greg.xxij.q. v.humanæ.q̄ verba debēt deseruire intētioni:nō intētio verbis.Vbi glo.ar.potius esse considerandū intentionem alicuius q̄ verba.j.q.j.marchion.Sed hoc est verū cū constat de intellectu:al's a verbis nō est recedendum in dubijs ff.de leg.iij.nō aliter.Et adde quod.xxij.q.j.paratus.dicit glos.q̄ nō debemus semper adhærere verbis.Verba enim in rescriptis posita:vel in legibus debemus conformare æquitati:licet verba non patiantur,vt de rescrip.causam. & de consuetu.cum dilectus.

Errare ē aliud pro alio putare.

Interꝑs legū qs sit.

CVM NON STAT PER EVM AD Vbi.ā.

quem pertinet quo minus cōditio impleaf:haberi debeat ,pinde ac si impleta fuisset.Hæc regula sumpta est ex.l.in iure ciuili.ff.eo.titu. Pone exemplum in Abraam:p quē nō stetit quo minus filiū suū immolaret ſm dñi ꝓceptū. Vnde proinde ita gratum fuit ante dñm:ac si immolasset xxij.q.ij.si q̄liber,§.Abraā quoq;.&.c,seq.Itē pone casū q impedir ne ad est citatio pueniat,vt lit.nō cōtest.qm.Item potes ponere in libertate legata:& vt aliquid det hæredi: & p eū stat.C.de condi.inser.l.,pe.&vlti.Et idē in alijs legatis.Et nota q̄ si mihi quinq; ꝓmiseris si te vicero:tacite videf hoc actū vt resistere possis:& sic habeſ ꝓ expressa.

Et nota q̄ dicit p cū ad quē ptinet.Nā si staret per alium tertiū vel p impedimētum menꝑsius:tunc locum habet regula ista.j.imputari.qa tūc licet nō imputef q̄ per me nō stat.vt ibi,nō tñ habebitur pro impleto vt hic.Item nota q̄ si libertas legata est seruo.si.x.hæredi dederit:& per hæredem

redem stetit quo minus seruus dederit illa.x.proinde est ac si impleta esset conditio:quia ille liber erit. Tenetur tamē illa decem postmodū soluere:nisi forte obtulerit & hæres non susceperit.C.de condi.inser.l.vlti.&c.lo.an.

Ibidem CVM QVID VNA VIA PRO

hibetur alicui:ad id alia via admitti non debet. Pone casū xxxiij.q.v.hæc imago.& de cōcef.prehen.detestanda. Nota ergo q̄ cū aliquid prohibeſ:prohibentur & omnia quę sequuntur ex illo.vt in regula,cū quid.ē. Ac etiā oia quæ possit peruenire ad illud.Fallit hoc interdū:quia seruus nō admittitur in testimonium pro dño:nec contra dñm: & tamen testificatur de facto suo dum dē per eū depositum vel cōmodatū vel simile.iij.q.ij.serui nec.Itē qui nō potest accusare denuntiet.de iureiur.quemadmodū.in fi.Itē prælatus de mobilib⁹ per ecclesiam acquisitis testari non pōt & tñ in egritudine moderate pōt de ipsis aliqua erogare, de testa.ad hoc.Satis circa hoc dici potest q̄ cū aliquid prohibetur principaliter habito respectu ad prohibitū: nō ad viā vel ad modū quo,phibetur.Exemplifica per iura i principio dicta:tūc sufficit prohibita vna via: vt ad id in eius fraudem alia via vel modo admitti non debeat.vt hic.Speciale tñ est in libertate.ff.de inofficio.test.l.Papinianus.Si autē prohibitio principaliter se habet ad viā vel modū non ad rem,tūc secus.Vñ alteri.ecclesiæ allegatus ēps nō eligitur:sed tñ postulatur.Itē qui iurauit non accusare bene denuntiat:quia sibi nō est prohibitū deferre crimen : sed per modum accusationis prohibetur &c.lo.an.

Vbi.ā. CONTRACTVS EX CONVEN

tione legē accipere dinoscūtur. Dicunt vulgares,Pactū rūpit leges.Et hoc dicit hęc regula quæ sumpta est ex lege.ff. eo.ti.l.contractus.Pone casum per canonē.xvij.q.ij.eleutherius.vbi quētio inter ēps diocesanū &fundatorē inita de oblationib⁹ obuenētib⁹ in festo ipsi? ecclesiæ seruāda est.Itē depositarius ſm iura tenet solū de dolo & lata culpa quæ dolo cōparat:si tñ interuenit cōductio vt teneaf de leui & sguissima culpa & casu fortuito illa seruaf.de depo. c.ij.Et qd' dicit regula hic intelligas de cōductione honesta & nō cōtra bonos mores.Vñ si cōuenerit vt dolus præstetur:non valet cōuētio:vt in.d.l.cōtractus.lo.an.

Vbi.ā. CERTVM EST QVOD IS COM

mittit in legē qui legis verba cōplectēs cōtra legis nititur voluntatē.Pone casum.xiij.q.iij.plericq;.& de elec.auaritiæ.li.vj.& cōcor.j.q.j.sunt nonnulli. Circa regulam non insisto ,psequere ipsam:vt no.xiij.q.iij.plericq;.ibi in glo. dr.Nolūt qdā facere cōtra legē:sed faciunt fraudē legi. Facit aūt fraudē legi q̄ obseruat verba legis:sed mētē eius circōuenit.ff.de legi fraus.Fit aūt fraus legi quatuor modis,s. de re ad rem.i.quādo in fraudē datur aliqua res.vt in.d.c. plericq;.&.j.q.j.sunt nōnulli.Itē de persona ad psonā:vt si quis sub psona alterius exercet vsuram,xlvij.dist.sicut nō suo.Et cū marit⁹ nō pōt aliquid dare vxori supponit aliā psonā cui det.vt.ff.de dona.inter vir.& vxo.hæc ratio.Itē de vno ꝓtractu ad aliū fit fraus legi:vt cū mulier nō possit aliquid dare viro:fingit se vendere ei.ff.de do.inter vi,& vxo,si spōsus.Itē de vno cōtractu ad aliū fit fraus:sed alio modo:vt cū mulier nō possit fideiubere:p stituit se principalē debitricē.ff.ad vell.q̄uis,xxxiij.q.v.mulierē. lo.and.

Fraus legi quō fit & q̄t modis.

Extendi potest ad multa:& in vsuris quæ palliant sub iustis titulis.s.venditionis,emptionis,pignorationis, depositi,societatis,& hmōi.de quibus fraudibus vsurar⁹ vide in.ij.par.ti.j.c.vj.& seq.Itē in nō communicādo vel male communicando.Item in ieiunijs & alijs.Et dicit decret.q̄ fraus & dolus nemini debent patrocinari.

Vbi.ā. DECET CONCESSVM A PRIN

cipe beneficiū eē māsurū. Pone casum.xxv.q.ij.c.j.&.ij.& de præben.si cui.lib.vj.& in auf.col.vj.cōstitutio. Decet hoc verbum quātum ad subditos ipsos necessitatē importat:quātū ad ipsū principē honestatē.Ipse em̄ priuilegiū ꝑ se cōcessū diminuere vel moderari vel in totū tollere potest.Primū ,pbatur de deci.c.ij.li.vj.Sed ſm probaf de elec. qa sępe.lib.vj.ad hoc.lxiij.dist.§.verū. A principe q solus priuilegium in alterius præiudicium conferre potest ſm quos dā.ix.q.iij.nunc vero &c.& seq.quod non est verum

Decet ꝓbū qd ꝓportet.

vt no.xxv.q.ij.in sum.in prin. Licet em̄ hic exprimatur de principe.Idem est in beneficijs aliog:xij.q.ij si ēps.de institu.cū venissent. Possūt em̄ epi dare priuilegia de re iudi. cū in tervos.De hoc.xxv.q.ij.in summa.Beneficiū. Priuilegiū est quoddā beneficiū collatū alteri.Cum autē sit du gliū qd plex genus priuilegioꝝ:quia & realia & psonalia:hoc est sit & q̄ verum in realib⁹ priuilegijs.Hæc em̄ priuilegia principū tuplex sunt perpetua:nō aūt intelligif de psonalibus.Nā psona ē, ti. ix. lia cū plonis extinguunf:vt.j. in regu.priuilegiū.Et idem c.j.§.ij. dico de priuilegio dato ad tempus. Pone casum de verb. signi.tua.Māsurum.Nota q̄ licet priuilegium debeat esse Priuile perpetuū vt hic:extinguif tñ ꝓpter abusum negligētiam gliū extī contrarium factum & superueniēs enorme præiudicium: guif va quod dic vt no,xxij.dist.renouantes.xj.q.iij.priuilegiū. de rijs modeci.suggestū. Vnde dico q̄ ab ipso principe verba priui- dis. legij interpretanda sunt:ita q̄ alteri enorme præiudicium nō afferāt.de verbo.signi qd ꝑ nouale. Si aūt ex postfacto superueniat enorme præiudiciū. Pone casum p decre suggestū.hoc cum sit necesse directe venire contra verba priuilegij crederem præponendam principi quæstionem de priuilegio:quod de nouo tendit ad noxam:& cōtra illud nō debere ,ppria auctoritate venire ſm Lau.qui hoc sentit.xxv.q.j.in fine Et Ber.Beneficium remissionis peccatorum quod datur a principe adeo manet q̄ nunq; reuocatur xxij.q iiij.si illic.contra de pœni dist.iij.qui diuini. So.Non redeūt pēta dimissa per recidiuū:nec quo ad culpā nec quo ad pœnā,sed dicūtur redire p quendā effectum aggrauationis illius sequētis culpę.Tho in.iij.Beneficiū etiā gratię & virtutū semp durat in hoīe ex parte dei dātis. de pœ.dist.ij.quærēdum,Sed q̄ amittaf est ,ppter abusum vl negligentiā hoīm.Beneficiū est quodcunq; habemus bonū:& istud semp debet manere in mēte nostra per recognitionē.Pē.cij.Noli obliuisci omnes retributiones eius.

DVBIA SVNT IN MELIOREM Habeſ ī

partē interpretanda,s.ea facta. vnde dubiū est quo animo v.decr fiant.Hæc regula habeſ in decreſ.de reg.iur estote.Et sunt ta. verba Bedę sup illud Luc.vj.Nolite iudicare &c.Vbi sciē dū q̄ triplex est genus operū humanoꝝ.Aut em̄ sunt bo- triplex na vel de genere honorū:vt ieiuniū,oratio,eleemosyna, genus & hmōi.Et ista semp debent interpretari in bonā partem: operū q̄uis possint fieri mala intētione.Aut sunt de genere ma- huma lorū & mala scd'm se vt furta,homicidia,blasphemiæ,& nos. hmōi.Et de hisvt dicit Beda ibidē pmittit nobis iudicare. id est interpretari in malā partē:& reputari digna dānationis iudicio:& pēm esset hmōi bene interpretari & excusare.xj.q.iij.siquis dixerit.&.c.seq.Non tamen debemus iudicare illos simpliciter dānatos:qa possunt reuerti ad pœnitentiam de illis.Est tertium genus operū quod est indifferens:vt comedere,bibere,loqui,ire,vēdere,emere,&huiusmodi:& hęc fiunt bene & male.Et de his præcipue intelligitur q̄ sunt interpretāda in meliorem partem:cū nescit alias facta talia,in meliorem.i.securiorem ſm glos.

IN DVBIIS TVTIOR VIA EST Ex.iiij.

eligenda.Istud dictum quod est quasi regula sic consuevit decre. allegari cōiter:& est sumptum ex.c.iuuenis.de spō.& ma. vbi dicitur.In his quæ dubia sunt qd' certius estimam⁹ tenere debemus.Glos.ibi.Sic ergo patet q̄ in dubijs semper certius est tenēdū.de pœ.dist.vij.c.ij.Vbi dicit Aug.Tene certū & dimitte incertū.& loquitur de pœnitente in extremis:de quo est dubiū si vere pœniteat.Quia aūt certus est de vera pœnitentia p cōiecturas tñ si sanus agit pœnitentiam.xiij.dist.sicut.de homi.ad audiēdam.Nota tñ q̄ est dubiū ꝓbabile:& est dubiū scrupulosum.De ꝓbabili hic loquitur:cū.s.rōnes sunt ad vtrāq; partē quasi equales: & pēm graue est se exponere tali dubio vbi est mortale Est aliud scrupulosum:vbi.s.ex leui suspitione timet quis esse in aliquo actu pēm vbi nō est.& istud ad cōsiliū boni viri est deponēdū.Greg.Bonaꝝ mentium est ibi culpam agnoscere vbi culpa nō est.i.timere:nō tñ asserere. dist.v. ad eius.Itē dicit.xj.q. iij.graue est & satis indecens vt in re triplex dubia certa detur sententia.Dicit glos.xxxiij.dist.c.vlti.q̄ ābiguitriplex est ambiguitas.s.iuris,facti,&personæ.Ambigui- tas. tas iuris est vbi de similib⁹ ad similia ,proceditur.vt dist.xx. de libellis.Et de tali ambiguitate loquit c.ficut dist.xiij. Sed vbi est ambiguitas facti nūq; ferenda est sententia in

Universidad de Deusto
Biblioteca

præiudicium alicuius.& de hoc intelligitur.c.graue.xj.q.iij.Sed vbi nulli fit præiudicium vt in baptismo confirmatione,ordinatione,consecratione,& hmõi bene fertur in dubio sententia certa.ſ.vt baptizet vel eccl'ia cõsecret:vl denuo ordinet &hmõi.vt de cõſe.diſ.iij.parunlos.&di.j.ſolẽnitates.Quãq; tñ dubitaſ de facto:& ſerſ ſententia in prę iudiciũ alterius.vt de ſpõ.&ma.iuuenis.Sed iſtud eſt propter pericula animæ.Vbi vero eſt ambiguitas pſonę:ſed factum eſt certũ bene fertur certa ſententia.vr.v.q.j.quidã. Puta cũ ſcitur publice furtum factũ.ſed ignoraſ perſona: tunc poteſt iudex ferre excommunicationem in eum qui fecit vt ſibi manifeſtet:& tenetur ſubditus obedire.

In.v. **DEFLEAT PECCATOR QVIA**

offendens in vno factus eſt oĩm reus.Hæc regula haberur in decre.de reg.iuris.defleat.Et ſumpra eſt ex.c.conſideret, de pœ.diſt.v.Et ſunt verba Aug.partim autẽ Iacobi apl'i

Iaco.ij. in cano.vbi dicit.Qui totã legẽ ſeruauerit offendat autem in vno factus eſt omniũ reus.Defleat ſaltẽ luctu interiori. Nã lachrymę exteriores ſine interiori fletu.ſ. contritionis modicum vel nihil ꝓſunt.de pœ.di.in.irriſor.Interior fletus etiã ſine exteriori.i.cõtritio cordis ſufficiens eſt ad remittendũ de pœ.diſt.v.cõſideret.ibi.Doleat.Interior cum exteriori adhuc melior.Proſper.lachrymis ex vera cordis cõtritiõe fluẽtib⁹ extinguent æterni ignis inecdia.de pœ. diſ.j.porro.Offendẽs in vno.ſ.præceptor.Omne eñ mor

Notan da expoſitio. tale eſt cõtra aliquod pręceptũ diuinum directe vel indirecte:vel in vno,i.charitate quę vnũ nos facit cũ deo & ꝓximo:&quodlibet mortale eſt cõtra charitatẽ.glo.Ber.Oĩm reus.ſ.præceptor.i.ita dãnatur quis & priuaſ gloria ęterna ꝓ vna trãſgreſſione pręcepti in ipſa moriendo:ſicut ſi oĩa fuiſſet tranſgreſſus.Ita exponiſ de pœni.diſ.v.fratres. nõ tamẽ ſuſtinet tãtã pœnã.Nã quodlibet mortale habet ſuã pœnã.vel omniũ.ſ.virtutũ:qa quelibet virtus patitur detrimẽtũ ab vno vitio.ſic exponit Aug.de pœ.diſt.v.cõſiderer.Cũ eñ virtutes ſint cõnexę:vna amiſſa oĩs amittũtur.Vel omniũ bonoꝝ reus.i.ingratus.& ſic oĩa meretur ſibi auſerri.Vel oĩm:quia per pctũ amiſit meritum oĩm pręcedentium operũ bonoꝝ.Aug.de pœni.eadẽ diſt.&.c.

Exo.vj. **DOLO FACIT QVI PETIT**

quod reſtituere oportet eundẽ.Hęc regula ſumpta eſt ex.l. in cõdẽnatione.ff.eo.ti.Pone caſum in vſurario qui nõ petit vſuras a debitore.ipſas eñ reſtituere cogeretur.xiij.q. iij.nullus.Ad idẽ de iureiu.debitores.Duo aũt nota circa hanc regulã. Primũ eſt qd' dr̃ hic locũ habere qñ res reſtituenda eſt ei a quo petitur.Commodatarius enim repetit rem a fure quam tenetur domino reſtituere.C.de fur.& ſeruo cor.l.vlti.Vir ſoluto matrimonio petit dotem a ſocero quam vxori &liberis reſtituere eũ oportet.ff.ſol.matri. ſi ſocer.Idem in vſurario qui vſuras repetit quas aſas ſoluit.Si non eſt ſoluendo prætita cautione reſtituendi eas a quo pereceperit.de reſti.ſpo.ol im.ñ.& de vſu.quia fruſtra. Secundo nota hanc regulam non habere locum in poſſeſſorijs iudicijs ſed in petitorijs.Hęc etiam no.Goſ.de offi.iudi.deleg.venerabili.& Ber.Io.an.

Ibidem **DAMNVM QVOD QVIS SVA**

culpa ſcĩt:ſibi debet,nõ alteri imputare.Hęc regula ſumpta eſt ex.l.qd' qs.ff.eo.ti.Pone caſum p canonem.xxiij.q. iij.diſplicet.Vel ſiquis ductus ad iudicẽ de equo ſe prõciat & lgdatur ſibiipſi imputet.Item de præben.ſi clericus. Ii.vj.vbi clericus qui negligit petere prębendam ſibi debitam cum vacat ſibi imputare debet:non ſequenti expectanti.Ad idem.ff.pro ſo.l.cum duobus.Vbi ſocius oĩm bonoꝝ dãnatus ex tractu ob contumaciam ſuam:vel exmaleficio:pura furtovel ſimonia nõ recuperat a ſocio.cõcor.l.diſt.ſępe.&.c.hi qui.Item procurator pœnam quam ex ſuo delicto preſtitit non recuperat a dño.ff.de procura. qui ꝓprio.Ad idẽ.C.de euic.l.emptor.vbi dr̃ ꝙ emptor ſi in iudicio nõ fuit re euicta:de euictione non agit cõtra vẽditorẽ:qa culpa ſua res euicta videſ.Io.an. Ad hoc etiã facit qd' ait Aug. Abſitvt ea q̃ ꝓpter bonũ ac licitũ facimus aut habemus:ſi aliquid p hoc ꝑter noſtrã volũtatem cuiq; mali accidẽrit:nobis imputet.xxiij.q.v.de occidẽdis.Vbi ponit exẽplũ de eo q ſe occidit gladio vel ligone &hmõi. q.ſ nõ imputaſ facięti vel vtęti in bonũ talia inſtrumẽta

ſed illi q ſe occidit.Poteſt etiam ſic extẽdi regula theologi cæ ꝙ cũ ſit triplex dãnũ.Primũ priuationis gl'ie:nõ debet qs imputare diuinæ pręſcientię.qa ſm Aug.Ipſa nulli eſt triplex cã labẽdi:ſed culpæ ꝓprie.xxiij.q.iij.Nabuchodonoſor. dãnũ.

Sed'm dãnum eſt ſubtractionis ſiue priuationis gratię p pctũ nõ qd' debet qs imputare dei ſeueritati:ſed ſuæ negligẽtiæ.xj.q.iij.audi.& de pœ.diſt.j.&.ſuertimini ad me &c. Nec debet imputare diabolo tẽtanti vel homini incitãti: ſed ſuæ propriæ volũtati.xv.q.j.nõ eſt.&.c.illa.Tertiũ eſt dãnum temporalis fortunæ in rebus,in fama,in honoribus,& huiuſmodi.& hoc debet imputare peccatis ſuis. de pœni.diſt.j.quãobrẽ.&.c.ſed & continuo.&.c.ſi peccatũ.

DELICTVM PERSONAE NON Vbi.ſ.

debet in detrimẽtũ eccl'iæ redũdare.Pone caſum in eꝑo de poſito ꝓpter crimen.Nõ eñ debet eccleſia ꝓpter hoc exꝑoliari rebus ſuis.xvj.q.vj.ſi eꝑm.vbi de hoc.Item pone caſum in ꝓcuratore q falſificauit inſtrumẽtũ:nõ ꝓpterea perdidit eccleſia cauſam.de excep.cũ venerabilis.Et deli- Delictũ ctum tutoris non obligat pupillũ.ff.eo.tit.l.nec.Contra multi xvj.q.iij.placuit.ñ.Vbi delictũ prędati nõ repetẽtis rẽ eccle plex. ſiaſticã nocet eccleſiæ. Ad idẽ de pręſcrip.c.j.Sol.Delictũ Prędat⁹ aliud eſt in faciendo & hoc non pręiudicat eccleſię:vt hic. multi Aliud eſt in omittendo & iſtud bene præiudicat eccleſiæ:pliciter vt ibi.Et hoc ꝓprie dr̃ delictũ.ſ.omiſſio:cuius nõ ſemper nocetur ſtetur huic ſignificationi:ſed ampliaſ aliq̃n.Item ad hãc cleſiæ. ſolutionẽ cõtra dicit.xxv.q.ij.ita nos.vbi delictũ qd' cõſiſtit in faciendo pręiudicat eccleſię.Sol'.dici põt ſm Io.qui hoc ibi notat ꝙ hęc regula intelligiſ de detrimẽto facultatũ:illa de detrimẽto bonoꝝ:ſed potius ibi nocet delinquẽtibus q̃ eccleſię.Adhuc cõtra iſtam ſolutionẽ.de cẽſi.cum olim.Vbi delictum qd' eſt in faciendo nocet eccleſię.& de in integ.reſti.auditis.Vbi delictũ i omittẽdo nõ nocet eccleſię.Satis cõgrue diſtingui poſſet inter iudicialia &extra iudicialia:vt in iudicialib⁹ iudicioꝝ fauore ſiue ſit in faciẽdo ſiue in omittẽdo præiudicet eccleſię.Et in decre.auditis.delictũ qd' fuit in omittẽdo bene pręiudicate eccleſię ſed fuit reſtituta:& ſic nõ eſt cõtra.In decre.cum venerabilis.dici põt extraiudiciale.Vel ibi ſolus ꝓcurator deliquit in faciendo.ſ.in inſtrumẽtũ falſando.Itẽ cõtra.diſt.liij.ſi ſerius.j.vbi punit eꝑs q ꝓ vno ſeruo debet duos dare.Sol'. illud debet facere de ꝓprio ſi habet nõ de bonis eccl'iæ:& ſic nõ eſt cõtra hãc regulã.Itẽ contra de ordi.cogni.cũ dilectus.Vbi dolus & violẽtia abbatis eccl'ię nocere videtur. Sed ibi ſoluitur per Ber.in glo.quia.ſ.ibi delictũ fuerat cõmiſſum ꝓ abbatem:&collegiũ cõſcato conſilio.ꝑſonę nomine poſſimus intelligere de prælato.Vel indiſtincte de qualiber ꝑſona intelligaſ cuius delictũ nõ nocebit eccl'ię: ſaltẽ cũ effectu qa daretur reſtitutio vſq; ad quadrięnium tm̃:niſi ex cauſa plus tpis dareſ.de reſti.in integ.c.j.lib.vj. Ampli Io.an.Põt & ſic extẽdi regula.Delicta quecũq; clericoꝝ dũ atur re modo tolerẽtur nõ nocet eccl'ię.i.fidelibus quo ad veritatẽ & vtilitatẽ ſacramẽtoꝝ:que conſerunt.vt.j.q.j.ſi iuſtus gula. fuerit.&.c.dñs declarauit.Vel etiã nõ redũdat in detrimẽtũ eccl'iæ.i.fidelium.vt ꝓ hmõi officia & oꝝones q̃ faciũt:vt miniſtri eccl'ię nõ valeãt ſm Tho.& ꝓ regulã illã.q ꝓ aliũ. Eccl'ia eñ cuius noĩe faciũt eſt ſemp deo grata & obſequia eius.Vel etiã ꝓpter malitiã eoꝝ nõ debet perdere eccleſia iura ſua & priuilegia:vt decimas,libertatem,immunitatem,& obedientiã ei debitã & reuerẽtiã.diſt.xxix.c.vlti.

EA QVAE FIVNT A IVDICE In.vj.

ſi ad eius non ſpectant officiũ viriꝫ nõ ſubſiſtũt. Hæc regula ſumpta eſt ex lege.ff.eo.ti.l.fm̃.Pone caſum.lxviij. diſt.quorum vices.vbi preſbyter ſimplices chriſmando: eccleſias vel virgines conſecrando,ordinando,nil agunt, de pœ.& remiſ.indulgentię.lib.vi.Vbi indulgentia data ab epiſcopo vltra tenorem concilij generalis non valet. Ad idẽ.ff. de iuriſ.om.iudi.l.vlti.vbi dicitur.Extra territorium ius dicenti non pareatur impune.Idẽ ſi ſupra iuriſdictionẽ ſuã velit ius dicere.Et habet hęc regula locum etiã in his quę bona ſunt quę facit iudex:tñ ex quo ad eius non ſpectat officiũ:viriꝫ nõ ſubſiſtũt.Pone exẽplũ.diſ.xcvj. bene quidẽ.Bonũ quidem eſt ſtatuere res eccleſię alienari nõ poſſe.xij.q ñ.per totum.Tamẽ ſtatutũ imperatoris ſup hoc nõ valuit:quia ad eius nõ ꝓtinebat officiũ.vt ibi.Generale eñ eſt ꝙ nõ ſufficit bonũ facere niſi & bene id fiat.

xvj.q.j.

Bonũ facere nõ ſuffi cit niſi id bene fiat. xvj.q.j.monachi.ñ.Et qd' dicit hæc regula.Ea quæ fiunt a iudice:al's ſubaudi.Nã in eo qd' facit nõ ꝓtinẽs ad officiũ ſuũ,nõ dicit iudex.Sicut ergo ꝓcurator fines mãdati excedere nõ debet:ita & iudex fines iuriſdictionis.Saluo eo qd' de ꝓgatione norat.de offic.dele.ꝑ.&.g.Nec habet locũ hæc regula in ſpiritualib⁹,quæ potius dependẽt ex ptãte ordinis q̃ iuriſdictiõis.Hinc eſt ꝙ ſi eꝑs q hoc põt ex ordine cõſecret alienã eccleſiã vel altare,vel ordinet alienum ſubditũ:quod nõ põt ex iuriſdictione.Cõſecratio tñ & ordinatio bene tenent:licet ordinatus executione careat,v ñ. q.j.eꝑs in dioceſi.Et de tẽp.ordi.ꝙ trãſlationẽ.Nõ eſt cõtra.diſt.xcv.c.j.Vbi præbyteri chryſmabãt & vere cũ tñ non pertinat ad ordinẽ faceredotalẽ:ſed epiſcopalẽ.Nã illud fuit eis ſpecialiter conceſſum a Greg.pa.Et ſic ad eorũ ſpectabat officiũ:etſi nõ ex ordine:tñ ex demãdatiõe.Quęri ſolet ſi iudex qui de decem tantum poteſt iudicare iudicat de.xx.an valeat ſententia In.x.Et Io.dicit ꝙ non: quia res iudicata non poteſt in parte tenere & in parte non tene

Quatenus valet ſnia. re.Et hoc ipſe no.ij.q.vj.§.diffinitiua.ver.cum certa ratione.Et facit optime ꝓ Io.de pœ.& remiſ.indulgentiæ.lib. vj.Et cõcor.cum eo Accur.ff.de iuriſ.om.iudi.l.vlti.Hug. tñ & Lau.tenẽt contrariũ.ſ.ꝙ ſententia tenet in.x.tantũ.& dicũt ſentẽtiã reſcindi in illo ſuperfluo tantum.Et facit ꝑ eis de arbi.c.j.lib.vj.& regula.j.vtile.Et quod ibi dicã.Io. an.Extendi poteſt ad multa.Qui dat aliquã indulgẽtiã de culpa:etiã papa,nõ valet.qa ſolus deus indulget culpam. de conſe.diſt.iij.nemo.Epiſcopus qui facit compoſitionẽ cum publico vſurario de certa quota remittens ſibi reſiduum obnoxium etiam reſtitutioni perſonis certis nil facit:nec ſibi valet illa remiſſio:qa non eſt epiſcopus iudex alienæ ſubſtantiæ,iij.q.j.reintegranda.j.&.ij. Confeſſor q abſoluit ab aliquo caſu peccati vel ſententia a quo nõ poteſt:nõ valet abſolutio. Prælatus qui præcipit ſubdito aliquid cõtra regulam ſuam:vel aliquid ſibi reuelandum ſalꝰ ordine fraternæ correctionis non obligat illud præceptum nec debet obedire.ij.q.j.ſi peccauerit.& hmõi.

Ibidem **EVM QVI CERTVS EST CER**

tiorari vlterius non oportet.Pone caſum.diſt.xj.c.vl.ver. ſępe diſtinctionẽ tuã.Et de appel,ſi duob⁹.In archieꝑo q ſciens illũ excõicauit q appellauerat ad papã.Et no.ꝙ hic dicit q certius eſt ſubaudi vel eſſe debet.Nã nõ eſt neceſſariũ

